perducit. Et podagricis cum aqua datur.

V ¶ Galienus. Aristologia dolores qui propter
opilationem vel aliquã grossiciem spiritus in-
digesti rotunda sanat magis quam longa. Et sti-
mulos educit. et putrefactionem sanat.

X ¶ Et sordida mundificat vlcera. ⁊ dentes ⁊ gin-
giuas clarificat. Adiuuat autem asmaticos et
singultiantes. Et epilenticos et podagricos
cum aqua bibita.

Y ¶ Sed ⁊ rupturis ⁊ conquassationibus super
aliquod aliud farmacum idonea est.



Capitulum. xlj.

ARistologia longa. Dyascorides capitulo de aristologia. Aristologia dicitur a grecis fetalogos et apiston. Cuius tria sunt genera. Longa rotunda ⁊ clematitis. Longa masculus est. que et dactilis dicitur. folia habens oblonga et virgellas tenues longitudine duorum palmorum. florem purpureum profert. Radix est illi robore digitali ⁊ odoris boni. Rotunda de qua supra dictū est appellatur femina. folia habens edere similia. odorata cum viscitudine obrotunda et mollia et lenia tactu. multas virgas habens ex vna radice oblongas: florem album et rotundum habet. in medio florem croceum sed est inutilis. Radix est illi rotunda et odore non iocunda: gusta tamen bramosa. de illa in precedenti capitulo dicta. Illa que dicitur clematitis virgas habet tenues et longas. folia rotunda et florem similem rute. Radicem oblongam ⁊ tenuem. corium habentem grossum et odoratū. quam pigmentarij ad confectionem oleorum miscēt. et reliquis medicaminibus sicut rotundam. Galienus sexto simplicium farmacarū capitulo de aristologia inquit. Aristologia lōga est subtilium partium ꝙ rotunda. nō tamē ipsa inutilis est. immo est abstersiue et calefactiue virtutis. et minus quidem ꝙ rotunda abstergit et euaporat. calefacit autem non minus sed forte magis. Unde in quibus opus est mediocriter abstergere longa est melior. sicut in vlcerum incarnationibus. In quibus vero volumus grossum humorem fortius subtiliare rotunde est opus.

Operationes.

A ¶ Auicenna. Aristologia dūplex est. Quedam est longa. quedam rotunda. Operationes rotunde in precedenti capitulo dictu. Sed longa in nascentijs et vlceribus dignior est. quia calidior et magis abstersiua.

B ¶ Mundificat quoqꝫ pectus et pulmonem et confert dolori lateris cum aqua bibita.

C ¶ Mundificat etiam vlcera sordida. et excoriationi generat carnem proprie longa.

D ¶ Prohibet fraudem vlcerū putridorū. Confert etiam puncture scorpionis et ad multa ꝓficit.

E ¶ Platearius. Aristologia vtraqꝫ calida in primo gradu et sicca in secundo. Rotunda magis competit medicine. et radix magis ꝙ folia. De qua in precedenti capitulo dictum est.

Capitulum. xlij.



ARbor glandis. Sera. li. aggre. ca. hussos auc. galie. Sapor omniū ptiū h⁹ arboris ē stiptic⁹ ⁊ maxie corticis medij inter exteriorē corticē ⁊ lignū. Et siliter pellicula q̄ est inter fructū et corticē suū ⁊ noiat. Gest. ⁊ abulos. Et fruct⁹ q̄dem infrigidat in frigidatione pauca. ⁊ possibile ꝙ fit in h̄ sicut medicine tepide ꝑmi gradus ⁊ desiccat. ¶ Dyasco. ca. de arbore glandiū. Arbor glandis est totaliter stiptica. ⁊ id in q̄ est maior stipticitas est pellicula q̄ est inter corticē exteriorē ⁊ lignū. ⁊ siliter pellicula q̄ ē inter fructū ⁊ corticē. ¶ Pli. li. xiij. Arbor glandis siue quercus in alto mari nascitur quercus et abies cubitali altitudine: et ramis eorū adherēt conche. Quercu etiā tingi lanas tradunt. Glosa sup ysaiā. Quercu ariditate ꝯcussa defluūt folia. Unde ꝓpheta Judeis. Eritis inquit velut quercus defluentib⁹ folijs. Et iterum. Basan habet glandiferas quercus que non hominum sed porcorum est cibus. Unde iuxta prophetam. Dies domini veniet sup quercu basan. ¶ Palladius. Arbor glandis siue querc⁹ dr̄ q̄si quernus. putredine em̄ difficile cedit ī sicco seruata. ¶ ysi. Querc⁹ siue arbor glandis est arbor multum annosa. Sic legit̄ de quercu mābre. sub qua habitanit

abraham que fertur vsqz ad constantini regis imperium per multa secula perdurasse.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Cinis quercus cum oleo mixtus ꝛ inunctus mouet sudores. Hoc et ceteri prestant cineres. sed magis quercinus. Lixinia quoqz ex cineri quercus ad vsus medicine efficacissima est hominibꝰ ꝛ pecoribus que tensione pulmonis vexant. et quibus aliqua venenata res obsistit. Bibita nanqz statim salutem affert.

B ¶ Utilis etiam est vulneribus humectis. et in fistulis.

C ¶ Et vulnera difficilia ad sanandū ꝛ callosa longis temporibus sordida.

D ¶ Quotidie itaqz lauanda sunt. ꝛ sic apto medicamine sananda. quia virtus lixinie non sanat sed ad sanitatem disponit vulnera.

E ¶ Sera. au. gal. Curat nimium fluxū sanguinis menstruorū ꝛ sputum sanguinis. Et conuenit vlceribus intestinorꝫ ꝛ fluxui ventris.

F ¶ Et idem. Et ego quidem conglutinaui vulnus in quodam quod factum fuit cum ense.

G ¶ Cum folio glandis postquā triui in petra et posui super vulnus in circuitu eius.

H ¶ Et vniuersaliter fructus eius est silis huius virtutis.

I ¶ Et aliquando administrat in apostematibꝰ calidis in principio eorum ꝛ in augmento.

Capitulum. xliij.

Arbor vel lignum vite paradisi.

Operationes.

A ¶ Hanc naturaliter habēt virtutem. vt quī ex eius fructu comederet perpetua soliditate firmaretur ꝛ beata immortalitate vestiretur. nulla infirmitate vel anxietate vel senīi lassitudine vel imbecillitate fatigaretur.

B ¶ Augustinus super genesim. Arbor quidem vel lignum scientie boni vel mali erat corporale sicut arbores alie in paradiso terre sunt nec cibo erat noxium. Sed dictum est lignū scientie: cognoscendi bonum ꝛ malum: quia post prohibitionē erat in illo futura trāsgressio qua homo experiendo disceret quid inter obedientie bonum ꝛ inobedientie malum interesset.

C ¶ Hieronymus super leuiticum. xxvij. facies (inquit dn̄s) altare de lignis setbim. ꝛc. Ecce altaris ligna que de lignis paradisi sunt igne vicino non cremantur sed puriora reddunt. Nec mirum cum etiam amithon genus ligni. quanto plus arescit tanto mundius inueniat.

D ¶ Glosa super tercium regum decimo. Cina ligna imputribilia sunt ꝛ spinosa in similitudinē albe spine. rotunda quoqz sunt ꝛ candida. Et eis facta sunt fultra. scilicet ad fortitudinē tēpli sustētacula ꝛ omniū musicaꝝ instrumēta





Capitulum.xliiij.

Abies dicta eo quod pre ceteris arboribus longe abeat. et in excelsum promineat Huius natura est expers terreni humoris ac perinde abilis habetur et leuis. Est autem sine modo. Et de hac fiunt naues. hanc propter candorem gallicam vocant quidam.

Operationes

A ¶Palladius libro duodecimo. Abies quam vocant gallicam vtilis est materia. que nisi perpluatur. est leuis rigida et in operibus siccis perhenne durabilis

B ¶Glosa super ezechielem.xvij. Ex abietibus tabulata ceduntur. quibus nauis texitur propter leuitatem. iuncturasque tabularum mollibus inuicem sese tenentium atque mordentium

C ¶Ex libro de naturis rerum. Abies arbor est leuis. et absque nodositate que difficilime cedit putredini vermibus autem nunquam. ¶Plinius libro duodecimo. Abietis vmbra sicut in gladium quacunque attigerit est venenum. ¶Abieti et pinosi quis detraxerit corticem sole thaurum vel geminas transeunte. cum geminat statim moriuntur.



Capitulum.xlv.

Armoniacum. Serapion libro aggregatoris. capitulo. vasac. auctoritate dyascoridis Armoniacum est gummi plante silvestris similis plante galbani in figura sua Et nascitur in terra dicta a regemonis. et est in partibus codi. Hec herba grece dicitur asios cuius radix vulneratur. et egreditur lachrymus qui colligitur et seruatur. sed aliquando de ipso cadit super terram. quare admiscetur cum eo terra et lapilli et alij sordes. sed melius ex eo est habens odorem bonum in quo non sunt lapides nec ligna. et tendens ad albedinem. cuius fractiones sunt similes fructus olibani. et est purum sine sorde. et eius odor vergit ad odorem castorei. et sapor eius est amarus. et habet in se pinguedinem et splendorem cum soliditate et illud quod est huiusmodi dicitur carnissima sed illud quod continet terram et lapillos nominatur chironia. Et defertur de terra que dicitur monacon et est succus plante similis plante galbani

Operationes.

¶Paulus capitulo de armoniaco valet contra tussim antiquam et humidam et asma ex grosso et viscoso flegmate in gutture. A

¶Pillule armoniaci accipiuntur in ouo sorbili: vel distemperentur in melle et dentur. vel fiunt pillule ex eo et melle. dentur tamen prius pectore mollificato cum dyaltea et alijs. B

¶Contra scrofulas in principio accipe armoniacam. sal gemma. nitrum succum marubij ceram et resolue armoniacum cum aceto et dimitte per noctem et postea resolue cum cera et alijs rebus et inunge. C

¶Contra lumbricos detur armoniacum cum succo absinthij et resolue ipsum in aceto. et fiat emplastrum in vmbilico. D

¶Ut dentes cadant accipe armoniacum. et succum iusquiami et inunge dentes et cadant. E

¶Auerrois quinto colliget. capitulo de armoniaco calida est in tercio. sicca in primo. F

Capitulum.xlvi.



Asa fetida. Sciendum quod asa est gummi quoddam quod vocatur asa. ꝛ huius quedam est oderifera. quedam fetida. Et dicitur odorifera quia paruum habet fetorem vel paruum odorem. Et dicitur fetida quia per excellentiam habet vetorem. Et est gummi herbe annuidē. ꝛ est habens vehementem igneitatē. sed asa odorifera fit ex succo ipsius herbe habens aliqualem odorē herbe predicte. Serapion libro aggregato. capitulo anuiden. Anuiden id est planta cuiꝰ gūmi est alibit id est asa fetida. radix eius dicitur mabaroch. planta eiūs habet stipitem qui dicitur mastates ꝛ est similis ferule. et folia eius sūnt similia foliꝭs apiꝭ ꝛ semen eius latum. ¶ Galienus octauo simpliciū farmacorū. capitulo de silfio: substantia eius est aerea. ꝛ virtus gūmi eius quod est asa. ꝛ virtus ramorum ꝛ radicū ꝛ floris eiūs est que calefacit calefactione forti ꝛ est ca. ꝛ sic. in tercio gradu ꝛ illud quod est de ipso maioris saporis est gummi. ꝛ ipsa planta est calidior ꝛ subtilior aliarūm plantarū omnium. Et propter hoc est magis resolutiua. et ita lac aliarum arborum omnium. et est in fine caliditatis. ꝛ est substantie venenose. nisi qūia est plus in ea substantia ignea aerea. Et idem fm aliam translationē silfiꝭ. calidissimus quidem opos quinymo folia ꝛ stipes ꝛ radix calefacit generose sunt autem ventosioris substantie omnia. ꝛ fm hoc difficile digestibilia. extorsum tamen corpori apposita operatiora sunt. et maxime omnium opos attraciue sufficienter existens virtutis ꝛ cōsumere carnem. et destruere habet propter predictam eius complexionem ¶ Auicenna libro secūdo capitulo de asa. Asa est duarum specierū quarum vna est fetida et altera odorifera. non fortem habens odorem. sed calidior earum est fetida. ꝛ est herba vehemētis igneitatis. in se tota ꝛ plurimū quidem huius speciei est cirmēse ꝛ est gumma almaroch. Et ca. in primo. sic. in secūdo.

Operationes.

A ¶ Dyascorides capl'. silfium. id est asa fetida. Virtus eius radicis est termantica. stomachum inflat. ructuationē ꝓuocat. indigestabilis est. ꝛ vesice cōtraria accepta.

B ¶ Cerotis mixta ꝛ imposita pustulas ꝛ scrofas spargit.

C ¶ Oleo addito liuores corporis limpidat.

D ¶ Oleo ciprino vel yrino addita sciaticis frigidum humorē siccat. in aceto cocta et cathaplasmatibus imposita anicausas competit.

E ¶ Bibita venenis occurrit, eustomaca est.

F ¶ Et idem Calasar. Vino additum alopitias emendat. melius id agens si piper ꝛ acetū acceperit. suffusiones oculorū in inicio detergit. melle caligines oculorū limpidat.

G ¶ Auicenna. Asa disrumpit ventositates. effugat eas propter resolutionē suam ꝛ est cum hoc inflatiua ꝛ incidit ꝛ resoluit sanguinē congelatum in ventre. confert alopitie illinita cū aceto ꝛ pipere.

H ¶ Et quando administratꝛ in cibariꝭs facit bonum colorē. Et abscindit verrucas que sunt vt claui.

I ¶ Et cum inciduntur apostemata fraudulentia mortificātia membrum. si ponatur asa super ea confert.

K ¶ Et est bona in cura duballet apparentium ꝛ occultorum. confert empetigini quando bibitur cum aqua granatorū. Confert contritioni lacertorum.

L ¶ Et confert dolori neruoꝝ sicut tetano ꝛ paralisi si accipiatꝛ ex ea aureus et misceatꝛ fm quod dicitur. cū cera ꝛ degluciatꝛ aut si bibatur cum vino pipere ꝛ menta.

M ¶ Serapion aucto. dyasco. Radix huius arboris est desiccatiua difficilis digestionis. et est nociua vesice. quando miscetur cum ceroto resoluit scrofulas ꝛ exituras.

N ¶ Et quādo fit ex ea emplastrū cū oleo aufert liuorem qui fit sub oculo. ꝛ quando coquitꝛ in

aceto ⁊ cortice granati. ⁊ fit inde emplastrũ curat emorroidas ani. ¶ Et quando bibitur cũ tiriaca. est medicamen mortiferorũ. ⁊ venenosorũ. Et ipsa preparat ⁊ comeditur scilicet cũ seminibꝰ ⁊ sale ⁊ est bona stomacho. Et homines scindnnt stipitem ⁊ radicem. ⁊ egreditur inde lachrymus qui colligitur ⁊ siccatur. Et est illud quod dicit asa. ¶ Et melior ex asa est illa que vergit ad rubedinem. et est clara similis myrre habẽs bonum odorem non similem odori porri. nec odorem horribilẽ subito ⁊ quãdo teritur ⁊ infundit cito resoluitur. Et quando tenetur in ore, puocat saliuam cito. fortius autem ꝙ in tota hac planta est. est gũmi ⁊ post illud est folium. ⁊ post illud est stipes. gummi autem est acutum inflatiuum quod quãdo miscetur cum aceto vino ⁊ pipere. ⁊ ponitur sup alopitiam: curat eam. ¶ Alia autem que dicit Serapion sunt hic posita ẽm mentem dyas. galie. ⁊ auicen. quare pro nunc transeo.



Capitulum. xlviij.

Asarum. ysidorus Asarum nascitur in vmbrosis montibus. herba floribꝰ casie similibus. Inestq; flos iuxta radicem purpureus in quo semen continetur vuarum simile. radicibꝰ pluribus ac tenuissimis. ⁊ bene redolentibus. ⁊ est virtute similis nardo. ¶ Dyascorides. Asarus est quã multi nardũ agrestam appellant. habet folia edere similia tenuia ⁊ rotunda. florem inter folia iuxta radicem purpurei coloris in similitudine. Jusquiami semen vero simile vuis. habet et radices plurimas tenues atq; nodosas ⁊ geniculosas similes agresti id est gramini. odore suaues ac linguam remordentes cum feruore sufficienti ¶ Auicenna. Asarum est herba habens semina plurima. cuius radicum nodus est tortus ⁊ assimulatur piperi boni odoris linguam mordicantis. habet florem inter folia apud radicem suam. cuius calor est purpureus similis flori iusquiami. Radix eius est magis iuuans ꝙ aliquid quod in eo fit. Et eius virtus est virtus acori vel eo fortior. Et eo melius est ꝙ subtilis odoris est Nam calidum est ⁊ siccum in tercio gradu. Et dicit ꝙ siccitas eius est maior caliditate ipius. ¶ Piniꝰ libro. xxvij. Asarũ est herba habens folia edere similia. ramos longos. radices numerosas. tenues. odoratiuas. flos eius aureus. grane semine serrulatum. nascitur in montibus.

Operationes.

¶ Contra serpentem ictus valet non solum modo. sed etiam linitum. ¶ Plinius libro. xxi. Asarum esse salutare iecoris traditur viciis. Axũgia sumptum in emina mulsi mirti aluũ purgat ellebori modo ydropicis quoq; pdest ac precordijs vulsis ⁊ morbo regio. in musco si addas facit vinum vrinis eiiciendis. Cum folia mittit in vmbra effodit atq; siccat. ¶ Auicenna. Asarum aperit ⁊ sedat omes dolores extrinsecus proprieq; infusio eius. ⁊ subtiliat ⁊ resoluit. membraq; frigida calefacit. ¶ Confert etiam sciatice ac dolori aurium antiquo et proprie ipsius infusis. ¶ Confert iterum grossitudini cornee ⁊ opilationi epatis. Eiusq; duricie i splenes vesicam ⁊ renes. Prouocat eius q; potio sicut elleborus albus in purgatiõe ventris cum aqua mellis soluit ¶ Johãnes mesue Melius est ꝙ ei miscetur ad solutionẽ faciendam est aqua casei cũ spica ⁊ aqua mellis. Et quidam infundunt aliquid ex eo in musco. et conseruatur in vase per tres menses. Et est illud vinum medicina ad ydropisim ⁊ splenem ¶ Substinet autem asarum de decoctione et cõtritione rem mediocrẽ ⁊ elaboratio in cõtritiõe eiꝰ facit ipm magis puocatiuũ ꝙ solutiuũ

H ¶ Et est ex rebus facientibus vomitū. Et edu/cit per ventrem. Et est ꝓuocatiuū vrine. ⁊ edu/cit coleram ⁊ flegma. Et est ex rebus bonis. In quibus est species iuuamētoꝝ ad opilatio/nem epatis ⁊ splenis ⁊ duriciem eorum ⁊ mor/bos opilationū. sicut est ydropisis ⁊ ycteritia ⁊ duricies splenis. ⁊ ꝓprie vinū infusionis eius quod diximus. I ¶ Et confert iuuamentū ma/gnū febribus opilationū. ⁊ febribus antiquis ⁊ inungitur dorsum et spina ex oleo ipsius cum laudano ⁊ facit sudare. K ¶ Et confert opilatio/ni febrium ⁊ prouocat vrinam. Et in spermate augmētum facit. Dosis eius infusi potio est ab aureis .ij. vsqꝫ ad. ʒ. iiij. ⁊ pulueris eius. ʒ. i. vsqꝫ ad aureos. ij.



Capitulum. xlviij.

a Astragulos vel astragallos herba est que folia habet longa cum incisuris multis. obliqua circa radicem caules tres aut quatuor florem iacincti. radices vil/losas implicatas rubeas preduras habet. Na/scitur in petrosis ⁊ asperis locis. ¶ Galienus vi. simpli. farma. cap. Astragulus siue ficus terre siue glandula fruticulosus est habēs ra/dices stipticas. quapropter ex desiccātibus est

Operationes.

A ¶ Galienus. Non debiliter cicatrizat vulne/ra vetera. B ¶ Et ventrē fluentē stringit si quis radicem eius coquens in vino bibat. Nascit autem plurima hec herba in neuete arabie.



Capitulum. xlix.

a Aspergula id est herba minuta habēs folia stipitem nodosum. ⁊ in quo libet nodo folia in gyro posita quinqꝫ vel sex vel septem ordinata ad modum stelle sicut herba que dicit rubea vel sicut algua scē. ⁊ ab eisdem nodis procedunt aliij rami simili modo facti cum nodis et foliijs vt supra in figura cū floribus paruis albis sicut flores oliuarum. Est enim calide ⁊ sicce cōplectionis.

Operationes.

A ¶ Omnē duriciem ⁊ apostemata durare sol/uens est. B ¶ Quando fit emplastrū cum ea hu/mida cōfert apostematibus ⁊ resoluit exterio/ra apostemata.



Capitulum .l.

Atriplex. Serapio li. aggre. capitulo araf. Auctori. Dyascorides. Araf. id est atriplex. Olus est de genere dupli- ci ortiuũ ꝛ agreste frigidũ est: ſꝫ domestica mul to frigidioꝛ ẽ agresti. Galien⁹. vi. simpliciũ far macoꝝ capitulo andrafasis. Andrafasis siue atriplex siue crisolocãna frigide ꝛ humide vir tuꝭ est. humida q̃dẽ in secũdo gradu. a medijs frigida in p̃mo: quã q̃deꝫ tepidã dicebant esse qualitatẽ qualis ꝛ rosis nr̃is dam⁹: nisi qꝛ nõ est particeps stipticitatis. sed est aquosa ꝛ mi- nime terrestris: sic̃ malua. sed secundũ ventrẽ facile transit sic̃ illa ꝑpter viscositatẽ. om̃ino ãt modicũ quod diaforeticũ est ei. Sunt etiam ꝛ ortulane tam malua q̃ꝫ anfradasis multo hu- midiores et frigidiores agrestibus.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Andrafasis. id est atriplex ca- thaplasmatib⁹ adhibita cruda ꝛ cocta papulis
B imposita medeꝛ. ¶ Semen eoꝝ cũ mulsa bibi- tũ ycetericos curat. Eius virt⁹ est leptintica cũ polenta cathaplasmatib⁹ adhibita ꝛ imposita
C dolorem capitis tollit. ¶ Tumorib⁹ oculoꝛuꝫ necesse adhibeꝛ. ꝛ fatigationẽ stomachi impo-
D sita tollit. ¶ Semen ei⁹ nefreticis medeꝛ. Et folia eius contusa ꝛ imposita ignem sacrũ com
E pescũt. ¶ Folia ei⁹ comesta dolores vesice am-
F putant. ¶ Similiter ꝛ reuma stomachi ꝛ ven tris ꝓhibet. comestũ febres acutas extinguit.
G ¶ Et lumbricos rotũdos educit. Sanguineꝫ reijciẽtib⁹ ꝓdest. Dissintericꝭ comestũ auxiliaꝛ
H ¶ Cataplasmatib⁹ oculoꝝ vtiliter adhibetur. Reumatismum intestinorum si adhibeꝛ com- pescit. ¶ Dolores matricis suppositum mitigat.
I ¶ Serapion auctoritate Rasis. Semen ei⁹ facit vomere fortiter. Et vidi hominẽ q̇ bibit ex eo. ʒ. ij. et asselauit vsq ad debilitatẽ magnã.
K ¶ Galienus. Atriplex domestica multo frigi- dior est agresti. quapropter et flegmonib⁹ etiam frigidis incipientibus quidem ꝛ crescentibus ac mollibus adhuc et quasi feruentib⁹ ortula- na. eis vero que in statu et declinatione et in- durescentibus et frigescentibus agrestis sunt conuenientiores. Fructus autem eius abster siue virtutis est. Unde ꝛ ad ycetericos ex opila
L tione epatis vtilis existit. ¶ Almansor tracta- tu tertio capitulo de atriplice. Atriplices fri- gide sunt et humide. que ventrẽ mollificãtes bene nutriunt. Ictericis quoq et calidum ha bentibus epar beneficium prestant.



Capitulum .lj.

Auellana Inda similatur: siue ē simillima nuci muscate: nisi q̄ pars vna est aliq̄liter acutior. ⁊ alia ē plana: ita q̄ possit stare recta sic calculus q̄ in ludo d̄r pedes. ī ceter͡ intus ⁊ extra nuci muscate silis est. sine odore et sine sapore nascit̄. inclusa in q̄dā lanugine sili folliculo serici. mlt̄otiēs defert̄ inter alias species: maxiē cū cinamomo a casu. ⁊ ego vidi ipaz in suo folliculo est stipticū valde. et equiparat̄ sandalis ī frigiditate. ¶ Sera. li. aggre. ca. faufel. i. auellana inda. Est em̄ arbor faufel sic̄ arbor netegel. ⁊ emittit canulas ī q̄bꝯ nascit̄ faufel sic̄ dactili. Et ista herba nō ē ī terris arabū. Et idē auc. ysaac benarā faufel est auellana indica. ⁊ ē fructꝯ silis nuci muscate in q̄litate et colore suo. ⁊ sunt in ea ruge. ⁊ in sapore eius est parū caliditatis cū pauca amaritudie. ⁊ defert̄ ex sini. ⁊ est frigida ⁊ fortiter stiptica.

Operationes

A ¶ Sera. Fortificat mēbra. ⁊ ꝟtꝯ eius est sicut ꝟtus sandali rubei. ⁊ ꝯfert apostematibꝯ calidis. q̄ qn̄ nō inuenit̄ ponit̄ ꝑ eo ex sandalo rubeo. ⁊ medietas pōderis excoriādo recenti.

B ¶ Est em̄ fortiter stipticū: ⁊ fortificat mēbra.

C ¶ Et ē bonū doloribꝯ dētiū: ꝯfirmat dētes ꝯmotos: ⁊ gingiuas sua stipticitate. et reꝑmit caliditatē oculi qn̄ fit ex eo cobol aut emplastrū.



Capitulum. lij.

Auena. Plinius capitulo de auena. siue vt greci egilops. Herba est que crescit in segetibus cum folijs tritico similibus simplicibus quidem sed hirsutis cū tenui calamo. habenti in sūmitate tribus tegminibus ambitum: ex quibus ariste similes capillis extant. ¶ Serapion libro aggregatoris. capitulo Kusir. auctoritate Dyascoridis. Kusir siue causir vel dolara. id est auena. Est herba cuius folia sunt similia folijs frumenti. nisi quia sunt molliora. ⁊ in summitate calami eius est semen duabus vel tribus tunicis vestitum. ex quibus exeunt ariste similes capillis in subtilitate.

Operationes.

¶ Galienus sexto simplicium farmacorum capitulo de egilops. Sapor eius est acutus parum et acris. Et virtus eius est dyaforetica. sic q̄ resoluit apostemata dura. A

¶ Et confert fistulis que fiunt iuxta oculum: que egilope vocantur. B

¶ Et quando fit cum ea emplastrum cum farina curat scabiē ⁊ resoluit apostemata dura. Est autem vtcunq̄ stipticitatem habens vt etiam diarrijs que s̄m ventrem conferat. C

¶ Et idem libro primo de cibis. caplo de auena Auena est cibus subiugalium nō hominum. nisi forte alicubi famescentes extreme cogantur ex hoc semine panez facere. Extra famem autem per aquam elixum: comeditur cum vino dulci. aut melle consimiliter cyse. Caliditate autem sufficiente participat consimiliter illi. q̄uis non similiter illi durum existens. propter quod alimentum minus exhibet corpori. Et aliter autem indelectabilis est. quia ex ipso fit panis: non tamen retentiuus ventris. aut prouocatiuus vt prius. sed in medium secundum hoc ordinatus est. D

¶ Serapion. Mollit durities. Et ideo ad egilopas farina eius cathaplasmatibus cōmixta congrue facit. E

¶ Item eius succus seruatus admixtus farine sextarij in paniscullos redigitur. et iterum resoluitur aqua in succi qualitatem quoniam vsus eius est necessarius. vires autem habet leniter et efficaciter relaxantes. Et ad omnes tumores facientes. F

Capitulum. liij.



Auricula muris. Auicenna. Auricula muris est herba ꝑtuti herbe q̄ vitrū abstergit similis. Et h̄ nomen absolutū est duab⁹ herbis. quaꝝ vna est quā nomiat Galien⁹ habens malue odorē ꝛ nō habens duriciā. Alterā quā nominauit Dyascorides esti mans ꝙ sit similis volubili: nisi ꝙ habet folia minora cōparata ad ipm. Et est herba expāsa sup faciē terre. paruas stipites habēs. domestica bona sine odore. nec habēs saporē fortē. flores azulinos habens. Cui⁹ semen assimilatur semini coriandri. Et yrūdines ex ipso edunt. Est aūt calida ꝛ ꝓprie cuius origo nō est aque ꝓpinqua. Juuamentū eius est (vt ait Musaiach) iuuamentum absinthij. et est res q̄ nō est mōstrata simul in duab⁹ plantis. Que nota ē ex eis (teste Galieno) frigida est et humida in gradu ꝑmo. Altera vero est ex summa medicinarum calidarum. In ꝑma vero est stipticitas. Altera est desiccatiua rubificatiua.

Operationes.

A ¶ Galienus. Spinas et furculos extrahit: et plagas adherere facit. Confert epilentie bibita. Torture quoq₃ sternutatione facta ex ea. et eius sternutatio cerebrum mundificat.

B ¶ Succus eius curat oculoꝝ caligines. Confert hydropicis ꝛ calculosis et epaticis.

C ¶ Et herba ipsa contusa et super vulnus imposita attrahit infixa corpori.

D ¶ Galien⁹. Succus istius herbe flegma purgat propter eandem causam.

E ¶ Et vniuersaliter loquendo siccatiuam hab₃ virtutem. quapropter etiam vulnera solidat. et putrescentibus confert.



Capitulum. liiij.

Azedar vel azedarach. est arbor habēs fructū simile₃ nabach. ꝛ nominant eū Judei mirabolanū. Et est arbor magna. fructus eius calida in secundo: et sicca in fine primi. Fructus eius ꝯm plurimū est malus stomacho. et fortasse interficit.

Operationes.

A ¶ Flos eius aperit opilationem cerebri.

B ¶ Radix eius cum vino interficit pediculos. et auget capillos.

Capitulum. lv.



Acetū. Serapion lib. aggre. ca. thal.
atic. Galieni. Substātia aceti est sub
tilis cōposita ex caliditate ꝛ frigidita
te. nisi ꝙ frigiditas ē amplioꝛ i eo ꝙ̄ caliditas.
Et desiccat i tertio gͣdu ꝓpe finē qn̄ fuerit an-
tiquū. ꝛ est nociuū neruis. ¶ Gal. viij. sim. far.
ca. oxos. ſm trāslationē grecā. Oxos. i. acetū
mixte substātie existere: scꝫ calide ꝛ frigide. Am
babꝰ subtilibꝰ ꝑtibꝰ superat ꝓ̄ caliditatē fri-
giditas. siccatiuū ꝓ̄ sufficiēter est h̄ farmacū.
vt sit tertij gradꝰ iam cōpleti qn̄ est forte.

Operationes.

A ¶ Dyas. Acetū infrigidat ꝛ stipticat. et ē bonū
stomacho. ꝛ ꝓuocat appetitū. ꝛ abscindit san-
guinē a quocūqꝫ mēbro fluat. si bibaꝛ aut fiat
B sessio in eo. ¶ Et coqꝛ cū cibis. ꝛ ꝯuenit cursibꝰ
C supfluitatū ad ventrem. ¶ Et qn̄ infunditur in
eo lana nō lota aut spongia curat apostemata
D in ꝑncipio ipoꝝ. ¶ Et restringit matricē egres-
sam aut anū exeuntem. Et stringit gingiuam
E sanguinolentā. ¶ Et ꝯfert vlceribꝰ fraudulen
tis ꝛ herisipile. ꝛ formice. ꝛ scabiei vlcerose. et
impetigini. ꝛ emoꝛroidibꝰ. ꝛ panaricon. Et ab-
F luunꝛ cum eo vlcera fraudulenta. ¶ Et quādo
miscеꝛ cū pauco furfuris ꝛ preponiꝛ tepidum
G sup podagrā cōuenit. ¶ Et qn̄ coquiꝛ cū melle
et liniꝛ cū eo liuoꝛ q̄ fit sub oculo aufert eum.
H ¶ Et qn̄ infundiꝛ spōgia in aceto q̄ ꝑus fuerit
infusa in oleo rosaꝝ ꝛ apponiꝛ fronti conuenit
I sode ex calore solis. ¶ Et fumus eiꝰ ꝯuenit gra
K uitati auditꝰ: ꝛ tinnitui auriū. ¶ Et qn̄ distil-
L laꝛ in aurē occidit vermes q̄ sunt in ea. ¶ Et
qn̄ bibiꝛ calidū ꝯfert accipiētibꝰ medicinas ve
M nenosas. ¶ Et qn̄ bibiꝛ cū sale obuiat nocumē
N to toxici. ¶ Et qn̄ bibiꝛ eradicat sanguisugas
q̄ adheserint gutturi. Et ꝯuenit tussi antique.
O Et qn̄ bibiꝛ calide conuenit asmati. ¶ Et qn̄ fit
gargarismus cū eo abscindit cursus humoꝛuꝫ
P venientiū ad guttur. ¶ Et ꝯuenit squinantie
et casui vulue. ꝛ collutio oris cū eo ca. cōuenit
Q doloꝛi dentium. ¶ Paulus caplo de aceto. Fri
catio eiūs cū sale circa volas manuū ꝛ pedum
valet ꝯtra frenesim ꝛ litargiam.



Capitulum. lvij.

Aqua. ypocras i libro de aere ꝛ aqua.
Aqua que in altis locis siue bulienti
exurgit montibꝰ aquarū optima ꝛ sa-
luberrima saporata. talis vero multa vini per
mixtiōe indigēs: est hyeme calida: estate vero

frigida. Similiter q̄z q̄ ꝓfundiuſculo exurgūt fonte. q̄ꝝ etiā melior ea q̄ ab ortu ſolis ꝛ marie eſtiuo tpe decurrit alba ꝑſpicua. atq̄ꝫ ꝓculdubio eſt odorifera. q̄ vero lenta eſt ꝛ grauis putrefactiua. Oportet autem te eſſe attentū circa virtutes aquarū. vtpote q̄ diuerſe in ſapore et pōdere ſunt: de hac em̄ que turbidi q̄ biberint: eoꝝ ventres calidi ac tumidi fiunt.

Operationes.

[A] ¶ Ypocras. Corpa macra cubiti ſpatule tenues ſimiliter facies q̄ꝫ marie tn̄ ad ſplenē ꝯfluere cogit̄. vn̄ malus ſanguis ꝓcreat̄ illā nō bibē-[B]tes multa ſupabundāt comeſtione. ¶ Eſuries illis ꝑſeuerat atq̄ꝫ creſcit. ꝛ ſitꝫ ſimiliter. ſupiora vētrium ꝛ media inflant̄. quapropter catarticis fortius illis vtendū eſt. q̄ hac egritudine hieme ꝛ eſtate ꝯtinēt̄ accidit illis aq̄ citrina et [C] intereūt. ¶ Eſtate ꝟo diſſinteria lienteria lōga ꝛ q̄terna laborant. q̄ morbi naturā ꝑuertunt et mutant. ꝛ in aquā cadūt citrinā. ꝛ ꝑeunt iuuenes illoꝝ pulmonis dolore. alijs q̄z paſſionibꝫ eoꝝ mētes ꝑturbantibꝫ affligūt. ſenes acuta febre ꝛ ardēti ex ventriū ꝯſtrictiōe accidēte vexāt̄ Mulieribꝫ apoſtemata de genere albi flegmatis innaſcūt̄. neq̄ꝫ ꝯcipiūt vel parturiūt niſi cū magna difficultate atq̄ꝫ moleſtia. corpa eorum magna ꝛ groſſa. q̄n̄to plꝰ in lōgitudie ꝓtendūt̄ tāto graciliora fiūt. mēſtrua ꝟo iuxta qđ oportet fluūt. pueri hernia viri cauſone cruriumq̄ꝫ vulneribꝫ infeſtant̄. Sed q̄ huiuſmodi nature [D] ſūt his vitā impoſſibile eſt extendi. ſꝫ in tempeſtiua ſenecta ꝑripiunt̄. ¶ Mulieres ꝟo grauide vident̄. cū ꝟo tpa partꝰ adueniūt. vteri fetꝰ inanes tumore relaxant̄ cuiuſmodi paſſiōe detenta matrix q̄cūq̄ꝫ aque citrine coadunatiōe intumuerit laborat. ad hanc itaq̄ꝫ quā prediximus aquā pertinēs eſt ꝛ ea que a calida terra ſurgit. aut frigido metallo vel ere ſiue argento [E] vel auro ſiue ſulphure aut alumine. ¶ Aque pluuiales leues ꝛ ſoporate ac luciſſime ſunt. Nam ſol qđ ſubtilꝰ atq̄ꝫ leuius in attrahendo aſſumit. Aque pluuiales cito putrent. malūq̄ꝫ exalāt odorē. quare em̄ ex multis ꝯgregate ſūt aq̄s. Ideo leuiꝰ alijs putreſcere ſolent ac muta-[F]ri. ¶ Aqua niualis vel glatialis oīs mala eſt poſtq̄ꝫ ſemel fuerit ꝯgelata nūq̄ꝫ ī ꝑſtinā ꝯuertet̄ naturā. q̄c q̄d ē ſaporitū ꝛ leue ꝛ clarū fuerit aut purū id totū gelu adueniēte r̄ceſſit. qđ ꝟo [G] turbidū remāſit. ¶ Et ſic poterꝫ ꝓbare. ſi enim aquā ī vaſe ad mēſurā poſitā ſub gelu ꝯgelari dimiſerꝫ cūq̄ꝫ ꝯgelata fuerit ī ſole vel ī q̄libꝫ calido liq̄factā remoueas cadē mēſura multominus inuenies eſſe. ſilr̄ aūt de gelu ꝛ niue. oīs aq̄ [H] de niue ꝛ ſilibꝫ peior eſt omī aq̄. ¶ Aqua frigi-[I]da debet dari digeſta materia. ¶ Auicen̄. iiij. can̄. ca. de cura fe. in generali. Aqua frigida iuuat in digerendo. Auicen̄. eodē li. Aqua calida citiꝰ ꝯgelat̄ q̄ꝫ frigida. Auicen̄. ꝑmo canone doctrina. ij. fen. ij. ſumma. i. cap. iij. Aqua frigida nō debet dari ſi eſt humor crudꝰ ꝛ groſſus. Auicenna de cura fe. in generali. Aqua frigida digerit humorē colericū. Auicen̄. eodem loco. Aqua nō nutrit. Aui. i. canone fen. ij. doctrīa ij. ca. xvi. Sine aq̄ nō pōt eſſe cōplemētum rei [K] nutrite. ¶ Auecen̄. eodē loco. Aqua currēs et diſcooꝑta eſt melior aq̄ꝛ. Auic. eodē li. Melior eſt aq̄ q̄ ſup petras vadit q̄ꝫ q̄ ſup lutū. Aui. eodē li. Quāto aq̄ magꝫ lōgatur a ſuo ꝑncipio tāto melior eſt. Auic. eodē loco. Aqua q̄ ē eſtate frigida hieme calida eſt melior. Aui. eodē loco. Aqua cocta minoris inflatiōis ꝛ velociorꝫ [L] deſcenſiōis. ¶ Auic. eodeꝫ loco. Aqua pluuialis ꝛ ſpecialiter q̄ in eſtate colligit̄ ꝛ cū ſunt tonitrua eſt intra meliores aquas. Auic. eodem loco. Aqua pluuialis impedit pectꝰ ꝛ vocem. Aui. eođ loco. Aque puteoꝝ deteriores aque ſūt. Eodē loco. Quedā aque generāt flegma: ꝛ q̄dā colerā. Eodē lo. Aq̄ paludū ad apoſtema ſplenis ꝛ ydropiſim ꝓducit. Eodē loco. Aque nō currētes q̄cūq̄ꝫ modo foerint nocēt ſtoma-[M]cho. ¶ Aui. eođ lo. Aqua calida corrūpit digeſtionē ꝛ nō tollit ſitim illico. Eodē lo. Aq̄ multū calida iuuat ī colica et ſplenis ventoſitate. Eodē loco. Aqua nō nutrit. Auic. i. can̄. fen. i. [N] doctrina. iij. ca. iiij. ¶ Aqua debꝫ exhiberi materia exiſtenti digeſta ꝛ ꝟtute forti. Gal. vi. terapentice. ca. ij. Aqua tepida facit nauſeam. Auicen̄. i. can̄. fen. iij. doctrina. ij. ca. viij. Aqua [O] multū calida ꝯſtringit cutim. ¶ Gal. vij. terapentice. ca. ij. Aq̄ frigida nocet defectis. Gal. eodē loco. Aqua tepida mollit corpꝰ ꝛ humectat ꝛ delectat. Gal. eodē loco. Natās īmoderate in aqua aluminoſa ꝯſtringit cutim ꝛ trāſpirationes intus ꝯſtringit. ꝛ ſi ſunt fumoſe generat fe. Gal. i. de ac. ꝛ mor. ca. i. Multi in frigida aqua balneati mortui ſunt anteq̄ꝫ domum venirent. Gal. eodem li. ca. iij. Aqua frigida cōueniens eſt colericis tpe ſanitatis ꝛ tpe egritudinis. ꝛ hoc ſi fuerint cōſueti corpori. incōſueto nequaq̄ꝫ dari niſi ꝑus venerit ad ſanitateꝫ [P] ¶ Gal. viij. tera. ca. iiij. Si timeas dare aquaꝫ frigidam corpibꝫ colericis ꝓpter incōſuetudinē [Q] ſuadeo q̄ nō debeas dare. ¶ Auicen̄. i. can̄. fe. ij ca. xvi. doctrina. ij. Terree aque ſplenem reſoluunt. ꝛ nō coire volētes adiuuant ꝛ aeree corruptioni complexionis vtiles exiſtūt. Dyaſco. ca. de aqua. Aquarum omniū natura frigida eſt et humida. Aqua que de lapide emanat leuior ꝛ limpidior eſt ventrem ꝛ vrinam ꝓcurat.

¶ Aqua q̄ de paludib⁹ argilosis emanat grauior ē alijs q̄ cocta. S. l. itē corp̄is opat̄ ꝛ multū medet̄. Et q̄ in om̄ib⁹ infirmitatib⁹ aq̄ est necessaria. Inter oēs aq̄s pluuialis optima est. et leuis et dulcis ꝛ facilime digerit̄. cito em̄ calefit. et cito infrigidat̄. ¶ De fontanis aq̄ eligit̄ illa que ad solis ortū tendit ꝛ meridiē. ꝛ de mōtib⁹ caluis exit. Hec em̄ ꝓpinq̄t pluuiali. que ꝟo ꝯtra occidentē currūt ꝛ septentrionē pessime sunt. aque petrā in vesica ꝛ renib⁹ curant. ꝛ mulierē sterilē faciūt: ꝛ corpi torporē ꝛ rigorē nimiū. mēstrua stringunt inhibentes egritudini sudorē prorumpere vel fluxum ventris vel nauseam.

¶ Dyas. ca. de aq̄ marina ſm trāslatōez grecā. Aqua marina ꝟtutē h₃ viscidā ꝛ termāticā et cacostomaticū ventrē turbat. flegma deponit. ¶ Colera ꝟo facta ꝛ fomēto adhibita apostemata de alto educit. duricies spargit. oib⁹ dyaforesim ꝑstat. neruoꝝ causas cōponit. tumorē mām̄arū cōpescit. ¶ Inuenit̄ etiā aqua sulphurea aluminosa ꝛ ferrea q̄ habet virtutē earum a quibus recipiunt denominationes.

Operationes.

¶ Plagelle in succo eius ꝛ aceto vel agresti intincte valent ꝯ calefactionē epatis epytimate. ¶ Cōtra dolorē in calida causa in ꝑncipio valet ip̄a herba trita ꝛ supposita. ¶ Contra apata calida valet ad materiei repcussionē: licȝ postmodū obsit ꝯstipādo materiā. ¶ Cōtra ignis vel aque vsturas. fit vnguentū ex succo eius ꝛ oleo roseo ac cera. ¶ Cōtra fluxū sanguis e narib⁹ q̄d fit ex ebulitione sanguinis in epate ac venis in iuuenib⁹. ꝛ in estate plagella in succo eius ac aqua rosaꝝ intingit̄ ac fronti ac timporib⁹ ꝛ gutturi supponit̄. ¶ Actor. Est autem barba iouis species minor acidule. ¶ Macer. Adiuuat audit⁹ mire pellitq̄ dolorē. Altera ꝟo minor spēs est isti⁹ herbe: quā semp viuam dicūt. q̄m viret om̄i tp̄e. Barba iouis vulgari more vocat̄. Esse refert p̄dicte silē Plini⁹ istā: nec min⁹ hanc p̄dictis posse iuuare ꝛc̄.



Capitulum. lvij.

Barba Iouis. ysi. li. ethy. Barba iouis ip̄a est semp viua. Sed barba iouis et sticados citrinū idē est. Unde q̄daz ait. Barba iouis sticados sed semper viua iouis barba. ¶ Plateari⁹. Barba iouis fri. in. iij. g. sic. in. ij. Et d̄r semp viua: quia semp viridis reperit̄. Ita q̄ viridis multe efficacie est. Et in medicinis poni debet: exsiccata vero nō. Uirtutem habet infrigidandi ꝛ alterandi.



Capitulum. lviij

Barba siluana est plantago aquatica. q̄ iuxta aquas nascit̄. cuius folia sunt oblonga in acutum tendentia erecta sup aquam similis folijs plantaginis: nisi quia nō sūt ei coste apparētes sicut plantagini.

Operationes.

¶ Uñ in dinamidijs scribit Galie. ca. de curis genitaliũ valere ad impregnãdũ. ¶ Et idẽ dicit eodẽ li. de epilẽtia. q̧ barba siluana est centũneruia aq̃tica. et ponit̃ similiter barbasiluana in antidotario galieni minori. in q̃dã medicamie q̃d incipit medicamẽ ad ꝯcipiendum.



Capitulum. lix.

B Alaustia est flos maligranati caducꝰ quẽ Dyas. vocat quitinũ ca. d̃ malogranato fri. ẽ ꝛ sic. in. ij. g̃du. Sera. li. aggre. ca. Iulinar. i. balaustia. ꝛ ẽ flos maligrãati. ꝛ ex maligranatis q̃dã sunt domestica: q̃dã siluestria. ꝫ flos siluestris d̃r balaustia. q̄ꝝ q̃dam inuenit̃ alba. q̃dã purpurea. ꝛ q̃dam rosacea. Aui. li. ij. ca. de Balaustia. Balaustia flos est granati siluestris ꝑsici aut egiptij. Et ipa q̃dem q̧nq̧ est rubea. q̧nq̧ alba. ꝛ q̧nq̧ rosea. Et succiꝰ eiꝰ natura est sic̃ succi barbe hircine. frigida est in fine ꝑmi gradꝰ. sicca in scd̃o. Gal. vi. sim. far. ca. balaustiũ. Balaustiũ est flos maligranati siluestris. q̃lis domestico vicinꝰ vehementer aũt stipticat gustũ. necnõ desiccatiue ꝛ stiptice ꝟtutis est. palã q̧ꝫ q̧ est grossaꝝ partiũ si recolamꝰ dicta in q̃rto boꝝ monumentoꝝ. cum ostẽdebamꝰ om̃e stipticũ terrestre esse ꝛ frigidũ. Nulliꝰ ãt alteriꝰ saporis hꝫ indiciũ. Et id̃o ponet vtiq̧ h̃ aliq̃s siccare ꝛ infrigidare nõ debiliter. siq̃dem nõ male ostẽdebã a nob in q̃rto boꝝ monumẽtoꝝ inesse stipticitatẽ terrestrib ꝛ frigidis corpib. deinde ꝛ apparẽtia testãtur. Item si paratritionib ꝛ alijs vlcerib id apponas citiꝰ q̃midem videbis ad cicatricẽ ꝓcedere. Hinc est em̃ q̧ in eminẽtib sanguinẽ ꝛ dissinterijs adhuc in fluxib q̃ in ventre ꝛ matrice nõ est aliq̃s medicoꝝ scribentiũ curatiuum negocium cui nõ vtatur hoc farmaco.

Operationes

¶ Sera. Balaustia incarnat ꝛ stringit ꝛ curat tenasmonẽ. et ꝯsolidat vlcera intestinoꝝ. ꝛ confert sputo sanguinis ꝛ fluxui intestinoꝝ. ꝛ confert ad om̃ia ad q̃ ꝓfert ypoq̃stidos. ¶ Auicẽ. Balaustia est ꝯglutinatiua ꝛ retinet oẽs fluxũ sanguis ꝛ generat melãcoliã. ¶ Et ẽ bona gingiue sanguino lẽte. ꝛ ꝯsolidat plagas ꝛ vlcera antiq̃. ꝛ albo cor. ꝛ ꝑcussionẽ puluerizata desuper. ¶ Et firmos efficit dẽtes motos. ꝛ ꝓhibet fluxũ sanguinis. ꝛ stringit fluxũ intestinorũ. et fluxum matricis sanguinez. Loco eius ponit̃ cortex glandinis. ꝛ caput granati.

A B C D



Balsambaum

Capitulum .lx.

Balsamus. Dyascorides.ca.de bal
samo. Balsamus arbor est similis
licij.⁊ in eodē statu.aut piracācon.
folia habet similia rute. sed paulo
albiora.non semper viridia existentia. Flores
non caducos habens. Nascitur solum in In
dia curtibus vel locis humidis. Est em̄ arbor
tenera ⁊ aspera oblonga.stipitem habens simi
lem viti. Arbor dicitur balsamus: lignū xilo
balsamū.semē carpobalsamū.lac ꝟo vel succꝰ
balsamum. Hic vero fructus optimus est.qui
est recens atq; vehemens odore sincerus sere
nus.leuis mordens atq; mediocriter linguā
redarguens. Adulteratur autem ciprino oleo
aut lentiscino. aut balsamino siue mirtino vel
melle mixto.quod leuiter probatur.quia aqua
in qua dum missum fuerit oleū supernatans
balsamum fundum petens est balsamum pu
rum.vestem non maculat super asperū.cuius
tanta vis esse dicitur: vt si sol incanduerit in
manu teneri non possit.preterea arbor nimis
est calida ⁊ sicca extenuans.succus autē sub
tilior est virtutis. Opobalsamū quod appella
tur lachrimū est arboris q̄ eo similis malogra
nato vel licio ramosa.ramis tenuibꝫ ⁊ ex albi
dis.in India tantūmodo crescit. Aliqui t̄n di
cūt ⁊ in India nasci:fructū habet q̄si obrotun
dū ꝯtra mediū q̄i ventrosum ad capita vtraq;
deductū rubicundū.valde grauē ⁊ plenū. et si
frangit᷑ simile melli est. Et si mastica᷑ simile ē
piperi mordens ⁊ suauiter redolens. qđ carpo
balsamū dr̄. Huius autē arboris lachrimum
colligitur diebꝫ canicularibꝫ.ſm alios ꝓ tem
pore autumno. Incidit᷑ autem truncus huius
arboris ꝑ loca ⁊ ramuli ipsius. Et sic supponū
tur vasa (vt presens figura arboris ostendit)
que lacrimum fluens recipiat. Cuius est opti
mū recens sincerum ⁊ exalbidum ⁊ odore acu
tum.leniter linguā submordens.sequens est
colore subrufum.et quasi glutinosum. tertium
est tenuium partium valde ⁊ ꝑlucidum. Om̄e
autem balsamum quod vetustatem recipit fit
rubeum ⁊ resinatum ⁊ siccum. Quod aūt opti
mum est sincerum est:quod q; in aqua mūda
stillatum non protinus diffunditur.sed magꝭ
desidet.⁊ postmodum totam aquam albidam
facit.⁊ lacti admixtum.illud in caseum strin
git vt coagulum.quod enim sincerum non est
in summo aque diffunditur ⁊ supernatat. ⁊ vt
oleum quasi stillam ostendit. Sciendum q
balsamus dicitur arbor balsami. Balsamum
vero dicitur oleum vel gummi.qđ meliꝰ est di
cere. Nam nō est oleo vere qđ ꝓbatur multis
exemplis. Primo eo q videmus adherere la
bijs vulnerum. Et facile de panno eo infecto
lauatur. Similiter Dyascorides dicit q in aq̄
iniectum petit fundum:postmodum dissolui
tur.et totam aquam albam facit.⁊ propterea
vocat ipsum lacrimum. Item lignum eius vo
catur xilobalsamum. et fructus vocatur car
pobalsamum. Multis modis sophisticatur.
Quidam vendunt terpentinam pro opobal
samo.quidam admiscent parum balsami ter
pentine.et ita habet odorem balsami. Alij acci
piunt succum lemoncelli vel foliorum citri.et
admiscent terpentine.et addito croco oriētali
calefacit ⁊ desiccat in tertio gradu.

Operationes

Opobalsami.ʒ.i.datus cūm vino superfluita (A)
tes matricis mūdificat.fetum mortuū educit.
⁊ menstrua ꝓuocat.bombace intincta ⁊ suppo
sita ꝯuenit.⁊ dissurriam ⁊ stranguiriam.⁊ la
pidem vesice.si etiam fuerit opilatio ex frigi
do humore.detur cū vino vel virga ꝑus made
facta ex aqua calida erecta inflata inicia᷑ cum
oleo mustellino vel nardino.

¶ Contra omnes passiones capitis venientes (B)
ex frigiditate detur cum appropriato aliquo
passioni conueniente.

¶ Contra quartanam ⁊ cottidianā facta ꝑ̄us (C)
purgatione detur cum vino.

¶ Contra tinnitū aūriū ex humiditate parum (D)
instille᷑. Cōtra dolorē dentiū ex parte dolenti
aliquantulum in aurem distille᷑.

¶ Corpora mortuoꝝ incorrupta ꝯseruat.quia (E)
quantū dissoluit tantūm cōsumit.

¶ Sera.auc. Bal. Opium balsami est bonū (F)
et substantia eius est subtilis.⁊ virtus eius est
que calefacit et desiccat in secundo grado.
Balsamum quoq; est subtilioris virtutis q̄z
arbor.granum vero eius est maioris subtilita
tis q̄z oleum.

¶ Idem auc. Dyasco. Virtꝰ balsami est q̄ ab (G)
stergit tenebrositatē visus.⁊ aufert frigiditatē
matricis.qn̄ fit nascale cum eo cum cera ⁊ oleo
⁊ expellit secundinā ⁊ fetum.⁊ qn̄ fit inunctio
cum eo prohibet rigorem.⁊ mundificat vlcera
sordida. Et quando bibitur prouocat vrinam.
et est bonum asmati.

¶ Auicen̄. Balsamū aperit opilatōes ⁊ ꝯuenit (H)
vlceribꝫ grossis.mūdificat vlcera.⁊ ꝓprie cum
yreos.⁊ extrahit fracturas ossium

¶ Confert sciatice bibitum.et bibitur eius de (I)
coctio propter spasmum.confert visceribus ca
pitis.et mundificat caput ipsum.et conuenit
epilentie et vertigini. ¶ Abstergit pan (K)

nũ ipm ꝛ ei⁹ oleũ. lignũ ei⁹. ꝛ ipsi⁹ semẽ: ↄferũt dolori vtroꝛũqꝫ laterũ ꝛ stricture anhelitus.

Z ¶ Et dolori pulmonis. ꝛ ↄuenit semẽ ei⁹ peri/pleumonie frigide ꝛ tussi ꝛ siliter ipm oleum.



Capitulum. lxi.

B [b] Alsamita. i. sisimbriũ. Sed sisimbriũ vocat᷑ menta aq̃tica. ꝛ alio noĩe vocat᷑ balsamita. Dyasco. ca. de sisimbrio ſm trãslationẽ grecã sisimbrion dr̃ cardaminon eo ꝙ cardamo agresti folia hꝫ similia cũ folia ei⁹ rotunda nascant᷑ sicut folia cardami agrestis cum creuerint scindunt se sicut eruca. Uirtus est ei ca. diuretica. Paulus capi. de balsamita ca. est ꝛ sic. in. iij. gradu. Aliud est domesticum aliud siluestre. sed domesticuꝫ nobis est in vsu quod omĩbꝫ est notũm virtutem habet diureticam dissoluendi et ↄsumendi.

Operationes.

A ¶ Balsamita crudũ ꝛ coctũ lentigines vultibꝫ tollit. ꝛ maculas emendat si vna nocte impositum fuerit ꝛ alia die locus abluatur aque.

B ¶ Cõtra vicium pectoꝛis ficũ pultes ex farina oꝛdei ꝛ aq̃ apposito puluere ei⁹ ꝛ dent᷑ patienti

C ¶ Cõtra frigidũ reuma folia ei⁹ in testa calefacta sine liquoꝛe ꝛ in sacculo posita capiti superponatur. valet vinũ decoctionis eius ↄtra doloꝛem stomachi ꝛ intestinoꝝ ex frigida causa.

D ¶ Et opilationem epatis et splenis. et vrinalium viarum. herba ipa decocta in vino et cataplasmata. soluit etiã stranguiriã et dissurriã.

E ¶ Ualet etiam contra yliacũ doloꝛem. Et contra doloꝛem factum ex ventositate. menstrua educit. conceptum iuuat. matricem mũdificat: fomentatio si fiat ex eo.

F ¶ Tenerositates eius in oleo mustellino vel saltem cõmuni decocte et superposite ideꝫ operantur.



Capitulum. lxij.

B [b] Asilicon gariofilatum. Ozimum ideꝫ siue vnũ significant. Ozimum quoddam est gariofilatum. quoddã est cõmune. et quoddam est latũm plus alijs: quod citrarium vocatur. Ozimum gariofilatuꝫ est illud quod ab autoꝛibus laudatur. Ozimum citrarium est quod vituperatur ab omnibus. Est enĩ ozimũ gariofilatum cõpetens medicine ꝛ herbe ꝛ semen. Cum auteꝫ simpliciter ponitur in medicina semen debet intelligi. ꝛ potissime in electuarijs. Sed in vngẽtis ꝛ in emplastris herba intelligit᷑ est ca. et sic. Et semen habet virtutem constringẽdi ꝛ conglutinãdi. quod patet ex eo. quia si ponatur in aqua statim ingrossatur ꝛ fit quedam cõglutinositas. herba ipa ex aromaticitate habet virtutem con

fortandi ex q̄litatibꝫ suis dissoluēdi cōsumēdi ⁊ abstergēdi ⁊ mūdificādi. ¶ Sera. lib. aggre. ca. berengemisch. est basilicon siue ozimū gariofilatū. et folia eiꝰ sunt pua q̄ꝝ color est mediꝰ inter roborē ⁊ glaucedinē. Cuiꝰ herbe est odor silis gariofiloꝝ ⁊ stipes eiꝰ est quadrangulatus cuiꝰ color est sic color folioꝝ ipiꝰ ⁊ semē ē minutū nigrū. ⁊ colligit in mense Julij. Et est ca. et sic. i fine scd̄i gradꝰ. ¶ Dyas. ca. ozimū. Ozimū cuiꝰ ꝟtutꝫ sit penitꝰ inter medicos opīo est incerta. Nam q̄ autore crisipo criminat̄. Qui eiꝰ vicia percensent ꝙ sit stomacho inutilis ꝙ oculos ebetat ꝙ insaniā facit. iecori obsistat. Addunt preterea si tritum lapide contegatur scorpiōes gigni cōmanducatū. ⁊ in sole positum vermes creare pediculos enutrire. Afri. etiam putāt hoc esse psuasum ꝙ si opus eo die quo ozimum sumpserit a scorpione feriatur non posse saluari. sed qui in diuersa ⁊ vera opinione sunt. hec omia falsa asseuerant. q̇nimo stomacho ꝓdest. eo ꝙ inflationes eiꝰ dissoluit. ⁊ facit alia iuuamenta q̄ ſm ipm inferius dicentur.

Operationes.

A ¶ Contra sincopim ⁊ cardiacā passionē detur aqua rosaꝝ decoctiōis herbe ipiꝰ.

B ¶ Ad idem valꝫ vinū decoctōis in quo herba ipa stetit per noctem. Ipa herba valet ꝯtra frigiditatem stomachi h̄ modo. decoquat̄ in multa q̄ntitate in vino. sꝫ meliꝰ est in musto. ⁊ post decoctionē ad dat̄ vinū albū in multa q̄ntitate. tale vinuꝫ est ꝯfortatiuū multū ⁊ aromaticū. ⁊ valet contra predicta. ⁊ ꝯtra indigestionem ex frigiditate.

C ¶ Vinū etiam decoctionis ipsiꝰ herbe ꝯfortat digestionē. ꝯtra fluxum ventris ex frigiditate. Semen ozimi cum modico puluere accatie decoquatur in aqua pluuiali ⁊ detur patienti.

D ¶ Ad matricem mundificandā. ⁊ menstrua ꝓuocanda fiat decoctio eiꝰ in aqua ⁊ fiat fomentū ⁊ suppositoꝝ ex teneritate ipiꝰ herbe. Succꝰ ipiꝰ herbe puluerizatꝰ matricem mundificat. conceptum adiuuat. et menstrua prouocat.

E ¶ Herba ipsa decocta in vino ⁊ oleo ⁊ natibꝫ ⁊ anchis cataplasmata valet ꝯtra tenasmonem

F ¶ Galienꝰ in libro de cibis. capitulo de ozimo. Ozimū scꝫ non gariofilatum pessimi quidem chimi est. et propter hoc infamant quidaꝫ ipm dicentes. si tritum immitatur olle vacue celerrime generat in paucis diebus scorpiōes. ⁊ maxime quando in sole quis quolibet die calefecerit ollam. sed hoc quidem cacochimum est. ⁊ malum stomacho et indigestibile. Plus vero ita dicemus ipm est calidum in secundo gradu. Et habet humiditatem non naturalem.

B ¶ Et idem octauo simplicium farmacaꝝ caplo penultimo. Basilicon nō gariofilatuꝫ ex scd̄o est gradu calefacientiū. habet aūt caliditatē superfluā. vn̄ nec vtile intra corpꝰ assumptuꝫ: cathaplasmatū ꝟo exteriꝰ vtile ad consumendum

D ¶ Almansor tractatu tertio capitulo. Albetharogi qd̄ exponitur ozimum siue basilicon non gariofilatum cali. est qd̄ ⁊ dolorē efficit capitis ⁊ male nutrit. cuiꝰ comestio vtentis visum turbat quando eo multo vtitur. Sperma quoq̄ aut lac desiccat. ori tamen stomachi confert corroborat enim ipsum atq̄ cordi auxiliatur.

I ¶ Sera. Ozimum gariofilatum confert stomacho. et facit digerere cibum grossum. et confert epati ⁊ cordi. et aufert tristiciam ⁊ solicitudinem. ⁊ odoriferas facit eructuationes. ⁊ aperit opilationem cerebri.



Capitulum. lxiij.

Branca vrsina herba est. cuius folia sunt magna sic̄ folia caulis: sꝫ incisa sicut branca vrsi. in medio eoꝝ orit̄ stipes. in cuius capite sunt multi flores spinosi ꝯclusi. ca. est ⁊ hu. in scd̄o gradu. Virtutem habet mollificandi ⁊ maturandi ⁊ leniendi.

Operationes

A ¶ Cōtra ariditatē mēbroꝝ ꝛ viciū splenis fiat vngētū ex brāca vrsina ꝯtrita ꝛ macerata diu ī oleo ꝛ colature addat̄ cera ꝛ fiat vngētū ꝯ viciū matricꝫ ex frigiditate ꝛ vētositate.

B ¶ Recipe succi brāce vrsine .ʒ.iiij. herbe sauine. saluie maluaꝝ. maiorane. rosmarini. pulegij. arthemisie. absinthij. abrotani. ana. ℞.ij. gariofiloꝝ. ℥.iij. cinamomi.ʒ.ij. spice.ʒ.iij. cimini.ʒ.i. picis grece.ʒ.i. galāge.ʒ.iij. thuris masticꝫ ana .ʒ.iiij. boli.ʒ.i. cere albe.ʒ.iiij. vini greci. lb.iij. lardi scroferotulū.i. p̄dicte herbe pistent̄ cum larde p̄dicto. deinde ponant̄ sup ignē cū vino ꝛ succo p̄dicto donec coq̄t̄ vsqꝫ ad ꝯsumptiōēꝫ vini. deinde colet̄ ꝛ iteꝝ resoluat̄ in igne ꝛ addita cera eliq̄ta ponant̄ species p̄dicte ꝛ dimittā tur coagulari. ꝛ vngatur venter.



Capitulum. lxiiij.

Betonica. Gal'. vij. sim. far. ca. cestrum siue cestron. Cestrū grece latine dictū betonica ꝟtutē hꝫ incisiuā. sic ostēdit gustus amara est ꝛ subacris hec herba sicut indicat. Betonica ca. est ꝛ sic. in p̄mo gradu. cuius folia p̄cipue viridia cōpetunt vsui medicine. exiccata etiam multe sunt efficacie. vn̄ cū inuenitur in receptionibus folia ponenda sunt.

¶ Sera. li. aggre. ca. Bastarem. auc. Dyasco. Bastarem. id est betonica herba est. q̄ nascit̄ om̄i anno habens virgam subtilem. cuiꝰ longitudo est vnius brachij aut plus. et est quadrangulata. ꝛ hꝫ folia mollia ꝛ lōga silia in sua figura folijs arboris glandiū in scissuris suis bonum odorem habentia. Et folia que sunt ꝓpinqua terre sunt maiora alijs. ꝛ in summitate virge est semen collectū in se ꝓpe collectionē spice frumenti. ꝛ assimilat̄ saturegie. folia eius colligunt̄ ꝛ desiccant̄ ꝛ sic seruant̄. Nam ꝙ ex eo plurimū administrat̄ sunt folia. ꝛ habet radices subtiles sicut radix ellebori. ¶ Dyascorides cap͞lo vectonicon. Scd̄m translationem nostram vectonica herba est om̄ibꝫ nota ꝟgas habens tenues ꝛ longa vnius cubiti. ꝛ q̄drata folia longa ꝛ tenuia obrotunda ꝛ diuisa ꝛ odorata. Radices ꝛ folia sunt ei infinita. Semen eius est vt spica simile timbri. Folia eius collecta siccātur ꝛ vsui necessaria sunt. Radices habet tenues sicut elleborus.

Operationes.

A ¶ Ad dolorem capitis factum ex frigida causa fiat gargarismus ex colatura decoctiōis betonice cū stafisagria in aceto. si fiat vicio stomachi detur vinum decoctionis betonice.

B ¶ Contra dolorem stomachi detur decoctio ipsius cum succo absinthij cum calida. si adsit vehemens constipatio. vt in yliaca passione precedente cristeri.

C ¶ Fiat idē remediū ad matricē mūdificandaꝫ. ad ꝯceptū adiuuandū fiat fomētū ex decoctione eiꝰ. fiat etiā suppositoriū. Det̄ etiā electuariū ꝯfectū ex puluere ip̄iꝰ ꝛ melle.

pregnãti fuerint odorati aborsuz faciũt. Vir
tus ē radicis ei⁹ calida. vñ ortonoycis more
C electuarij accepta medicaꝝ. ¶ Tussiẽtib⁹ ꝛ ca
D tarrum hñtib⁹ maximũ pstãt effectũ. ¶ Tho
racis tumores curat non reuersuros: maxie
si assa aut cocta accepta fuerit. sicca tunsa et
in puluerẽ ducta melle addito oĩa silr facere
E potest. ¶ Diuretica est: ventrẽ stimulat cũ vi
no bibita: vulnera sordida fagedenica cum
F bryonia alba ꝛ melle purgat. ¶ Et cicatrices
curare facit: ex qua colliria ad pustulas ne-
G cessarie fiunt: aborsum facit. ¶ Imposita dr
ꝙ si qs ex ea radice se tinxerit tut⁹ ab incur-
su serpẽtũ seruaꝝ. Aceto mixta maculas lim
H pidat. ¶ Johes mesue. Solutiõe educit fle-
gma subtile ꝛ grossuz. Et mũdificat ꝛ ꝯfortat
I renes: ꝛ puocat vrinã: ꝛ excitat coitum. ¶ Et
ē ex reb⁹ mũdificãtib⁹ pect⁹ ꝛ pulmões. ¶ Et
ꝯfert eis sup q̃b⁹ timeꝝ frequẽtia anhelit⁹. vl
asmaticis pꝑter exuberantiã humoꝝ visco-
soꝝ in eis: ꝛ ꝓprie lohoc ex succo ei⁹ cũ melle
ꝛ rob: ꝛ qñqꝫ administraꝝ cũ ouis ꝛ valet silr.
K ¶ Et dixit Democrius. Iuuamẽtũ vtriusqꝫ
speciei eius magnũ est emorroidoꝝ dolorib⁹
ꝛ ventositatib⁹ eoꝝ fm oẽm modũ admistra-
tionis ipius ꝛ sumptũ ꝛ emplastratũ: ꝛ nos
experti sum⁹. Et expti iuuamẽti ē sup humo
L re crudo q̃ est in stomacho ꝛ renib⁹. ¶ Et di-
xit Galie. Resoluit duricies et apostemata
dura splenis ꝛ alioꝝ mẽbroꝝ: ꝛ ꝯuenit vlceri
bus fraudulẽtis ꝛ fistulis: ꝛ ꝯsumit additio-
M nes carniũ i narib⁹. ¶ Et prohibet fieri in eis
corrosionẽ ꝛ cancrũ. Succ⁹ aũt ei⁹ distillaꝝ
in aure cũ melle ꝛ ꝯuenit tinnitui ꝛ surditati
ꝛ dolori auriũ ꝛ abstergit ipsius sordicies et
exiccat vlcera ei⁹. vtraqꝫ ei⁹ species ē ex reb⁹
N q̃ mundificãt faciẽ. ¶ Et auferũt feditatẽ cu-
tis ꝛ delent pannũ ꝛ lentigines: ꝛ morfeã ꝓ-
prie cũ melle ꝛ fiat emplastrũ ex ea cũ melle:
ꝛ stercore capraꝝ sup podagrã ꝛ ꝯcussiõz ner
uoꝝ. ¶ Et ꝯuenit eoꝝ dolorib⁹ ꝛ suppositio fa
O cta ex eo educit mẽstrua: ꝛ facit aborsuz: ꝛ dr
ꝙ fugat serpentes ꝛ vermes venenosos.



Capitulum. cxxxi.

c Coloquintida. Johes mesue. ca. de
colloquintida. Colloquintida quã ꝑ
ses vocãt cucurbitaz deserti: q̃ nasciꝝ
in planta quã etiã fel terre vocãt: eo ꝙ i toto
ambitu hort⁹ eius interficit herbas. Et ē q̃si
venenũ eis: vnde vocant eã arabes necẽ plã-
taꝝ. Et eius folia sunt ampla pilosa. ꝛ exten-
dunꝝ rami eius sup faciẽ terre: sicut extẽdiꝝ
cucurbita in terra sup quam iacet. Duoꝝ
est modoꝝ masculus ꝛ femina. Et ex eis ma
sculus est sup quez nasciꝝ: sicut ꝛ lanugo: ꝛ est
grauis cũ duricie ꝛ asperitate attinẽs nigre
dini. Et laudaꝝ ex eis femina: ꝛ ꝓprie hñs ꝓ-
prietates bonas vt sit coloquintida grossa. ꝛ
q̃nto grossior ꝛ leuior tanto melior: ꝛ fit alba
laxa leuis ꝛ cõplete maturitatꝭ: cui⁹ pars ei⁹
interior est pulposa laxa ꝛ alba ꝛ leuis vehe-
mentis albedinis. Vel ex que nõ est cõpleta i
maturitate mala est. ꝯtristat enĩ suscipientez
illã ꝛ ventositatẽ cũ difficultate facit ꝛ soluit
supabundãter: ꝛ solutione educit sanguinez.

Et forsan interficit. & cum sigillatur ex toto germine plante ut nascatur coloquintida una & illa perniciosa & mala immo est venenum. & cum in tota regione non est nisi planta eius una per se nascens est mala. Et que nascitur in terris fortibus & pulverulentis: aut iuxta loca reptilium: aut in locis terrarum coloquintidas facti minores: & sunt similiter male. Que autem nascitur in terris laxis et arenosis & liberis est illa que eligitur. Et cum extrahitur pulpa eius ipsa debilitat eam. Tempus autem collectionis eius est autumnus. & proprie dum iam citrinescit: & removetur ab ea viriditas: calide est & sicce complexionis in tertio. Est & composita ex partibus igneis & terreis adustus. & est solutiva attractiva superfluitatum. Attractiva est a remotis multum. & est resolutiva incisiva abstersiva. Quattuor sunt que debent corrigi in ipsa. Nocet enim cordi stomacho & epati. & est perturbativa: subversiva viscerum: faciens operationes difficiles: & aperit orificia venarum apertione sanguinem fluere faciente. Et operatur id vehementius quam aloes: & excoriat vias. Emendatur enim primum & secundum nocumentum ex ea miscendo ei ex medicinis cordialibus & stomaticis & epaticis que meliorare possunt conditionem eius: sicut additur ei mastix. proprie & gallia & silia. Et emendatur tertium et quartum nocumentum eius cum rebus acrentibus eius viscositatem & glutinositatem & removentibus ab ea serositatem: & cito eam lubricare facientibus sicut est dragantum. proprie & bdellium & gummi & mastix & silia. ¶ Et dicit Galienus. Fiunt autem ex ea & laudano partes fumendo equales post fricationem eius cum oleo rosarum pillule. & sunt bone et sane ad ea que oportet. Modus rectificationis eius secundum quod narravit filius Serapionis. Infundatur pulpa eius in aqua mellis: & proprie decoctionis myrrhe: & exsiccetur post illud & teratur ultima contritione & admisceatur cum aqua mellis predicta. Modus rec ificationis eius ex inventione nostra. Incidatur in m inutissimas partes cum incisorio & involvatur subtili involutione cum glutine draganti aut bdellii: & exsiccetur et conteratur post illud ultima contritione. & fiant trocisci cum pauco mastice resoluto in oleo rosarum vel laudano. vel cum aqua mellis. Hec enim ars facit illam sine molestia. Et scias quod de decoctione rem completam sustinet. Et dicit filius Mesar. Non oportet ut multum teratur. Ultima enim pulverisatio excoriat vias & venas. ¶ Et dicit filius Serapionis. Oportet ut perveniatur ad ultimum pulverisationis eius: aliter enim ulceraret viscera. Et mihi videtur quod ultima pulverisata frangitur virtus a permixtione adiunctorum ei: & pertransit loca viscerum absque impressione nocumentorum in ipsis. Et forte in ea in quo non exquisite fit illud, per rem sensata adherens in villis & involutionibus eorum apostemat & ulcerat. Expelluntur autem nocumenta ipsius a corpore accipiendo aquam passularum. cum oleo de amigdalis vel oleo nucum aut aqua mellis cum oleis predictis.

Operationes

¶ Johannes Mesue. Solutione educit flegma & humores viscosos attrahens ipsos a profunditate membrorum. ¶ Et dicit Humay. Solutione etiam educit coleram citrinam. & eius operatio extenditur ad nervorum iuncturas. ¶ Et dicit Dyas. Non efficit operationes in materiis que sunt in viis de quibus fit curandum & in materiis que sunt in profundis locis distantibus. ¶ Et eius posse magnum est in mundificatione cerebri vel nervorum lacertorum pulmonis & pectoris. Et est medicina magna egritudinum eorum sicut est dolor capitis antiquus & dolor cranei & emigranea difficilis: epilentia & apoplexia. ¶ Et convenit egritudinibus nervorum omnibus & vertigini & descensui aque ad oculos. Et est res magni iuvamenti ad asma & antiquam tussim: & ad dilatationem anhelitus. ¶ Et est eius operatio virtuosa ad dolorem iuncturarum & podagram frigidam & sciaticam: proprie secundum omnem modum administrationis eius: & in cristeribus & collyriis. ¶ Et confert colice flegmatice & inflatiue iuvamentum ultimum & hydropisi. Et si supponatur in matrice occidit fetum. ¶ Et si ex eo cum aceto forti fricetur morfea sanat eam. & similiter lepram & elephantiam. ¶ Et si evacuetur quod est in testa eius & impleatur oleo & buliat in cinere & inunguntur capilli denigrat eos & tardat caniciem: et prohibet casum eorum. ¶ Et si distilletur de ea in aurem sanat dolorem eius: & convenit tonitrui in ea. Et si impleatur in aceto forti & colluatur ex eo os post bullitionem ipsius sanat dolorem dentis.

¶ Serapion auctori. Galieni. Sapor eius est amarus fortis amaritudinis: & quando sumitur non facit operationem malam neque periculosam: quoniam velociter egreditur. ¶ Et quando ponitur in cristeribus convenit sciatice & paralisi & colice: et laxat flegma & humores crudos & quandoque sanguinem. Et quando fit cum ea nascale occidit fetum & provocat menstrua. ¶ Et quando ipsa cavatur & extrahuntur interiora eius: deinde involvitur circa ipsa lutum & ponitur in ipsa acetum & calefit super ignem: & fit cum aceto oris collutio: et aufert dolorem dentium. Et fit suppositorium cum pulpa eius & laxat ventrem. Et dum color eius est viridis: & ipsa est recens: & extrahitur succus eius & fricatur super sciaticam est iuvativa valde.

¶ Dyasco. Virtus est ipsi purgatoria obulo uno accepto cum mulsa mixto nitro & myrrha

A B C D E F G H I K L M N P

⁊ melle cocto in modū thabucie bene purgat. ip̄e vero pile sicce tunse ⁊ mixte ⁊ cristere adhibite sciaticꝭ medicant. paraliticꝭ simr ꝑstolāt. flegma ⁊ colerā deponūt. mēstruis īꝑerāt. aborsū faciūt. dolorem dētium tollūt. B ¶ Colliria ex inde fiūt: q̄ supposita vētrē ꝺponūt. Viridis āt succꝰ punctꝰ sciaticos curat

Operationes

A ¶ Radix consolide maioris trita ⁊ bibita emoptoicis medetur. Conquassationes reficit: tumores spargit. B ¶ Cū folijs cathaplasmatibus adhibita om̄ia similiter facere potest. C ¶ Vulneribꝫ paracolesim facit carnes īcisas frustis ī cacabo missas in se glutinare.





Capitulum. cxxxij.

Consolida. ca. de simphito. Simphitū. i. cōsolida. Et est maior et minor. De ꝯsolida minori in sequēti capitulo tractabit᷑. Maior ꝯsolida nascit᷑ in locꝭ asperis. virgas h̄ns sil̄es origano ⁊ tenues et capita sicut thimū. virge lignose ⁊ odorate ⁊ dulces ī gustu. ⁊ radix est illi longa ⁊ obrufa. grossitudinē digiti h̄ns. Est aliud simphitū qđ pictenū vocāt. hastā habet asperā et longā: duobꝫ cubitꝭ angulosam: abintus inanis est: in qua sunt folia aspera ⁊ angusta ⁊ oblōga sicut buglossa. habet etiā ip̄a hasta angulos in q̄bꝫ folia nascunt᷑. flores sunt illi mellini. semen habet sup̄ hastaȝ sicut flōmos. Hasta ⁊ frutex h̄nt pulueri sil̄e. qđ cum carni applicatum fuerit pruriginē facit. Radix est ei colore nigra: que cum fracta īuerit alba apparet ⁊ muscilaginosa. ⁊ ista ē ꝯsolida maior.

Capitulum. cxxxiij.

Consolida minor. Galienꝰ. viij. simfar. ca. simphitū s̄m translationē grecam inquit: Consolida minor ex cōtrarijs constat virtutibꝫ. Habet enī quid abstersiuum: quo contentū in torace ⁊ pulmone plus expurgare natū est. Habet aūt quid ⁊ cōgregatiuum quo ad sanguinis eductiones iuuat. Et cōtinet vltra hoc humiditateȝ quandā calidā nō īmoderate ꝑpter quā ⁊ dulce apparet gustātibꝫ ⁊ delectabileȝ odoratū.

Operationes

A ¶ Insiticulosum est cū masticat᷑. Et asperitates in arteria sanat. Secūm mixtionē ꝟo q̄ ex oībꝫ p̄dictꝭ ꝟtutibꝫ simul ⁊ dyaforare sufficiens ē ⁊ colligere ⁊ ꝯstringere corpꝰ. B ¶ Et ꝑpterea ītestinalibꝫ hernijs apponit᷑ ⁊ ad euul

sione ⁊ scissiones cū oximelle bibit͛. Quicū/
q̄ vero ad dissinteriā ⁊ fluxū rubeū coḡntes
in vino dant. vt siccante ⁊ ꝯgregāte vtuntur.
Et q̄cūq̄ ad nefretica vt purgāte ⁊ madente
¶ Simphitū aliud magnū sil'e est virtuti ꝑdi
cte: nō tñ gustu dulce: neq̄ odoriferū olfaci/
entibꝫ apparet: sed ſm hoc abscedit a ꝑdicto
Scōm vero q̄ viscositatē quandā ⁊ morda
citatē habet quodāmodo silr existit. Utunt͛
autē eo in omnibus quibuscūq̄ et prius di/
cto. ¶ Dyascorides. Consolida minor elixa
in mulsa pulmonē purgat. reijcientibꝫ sangui
nem ⁊ nefreticis cū aqua medetur. Radix cū
vino cocta ⁊ bibita fluxū mulieris stringit.
et dissintericis opitulatur. cū oximelle data
conquassationes ⁊ dolores lateris saluber/
rime curat. masticata amputat sitim. asp̄redi
nem fauciū mitigat. vulneri recenti paraco/
lesim facit. ¶ Consolida ſm Pliniū auctori/
tate vel opinione multoꝝ diuino miraculo cu
rat ⁊ rūpit antracē intra duos lapides trita.



Capitulum .xxxiiij.

Consolida rubea siue Bistorta. Et est
herba sil's penthapilon: nisi quia ha
bet septē folia vtrimq̄ pilosa. ⁊ ideo
vocatur eptaphilon: cui' radix ē rubea ⁊ tor
tuosa similis galange: sed nō habet acumen.
flos eius aurosus. ⁊ ipa indicat frigida ⁊ sic/
ca in tertio gradu. Sed notādū q̄ ē species
bistorte hñs folia sil'ia lappacio acuto: nisi
q̄ color folioꝝ ex vno latere est celestis: ⁊ ex
alio viridis. flos ei' rubeus. ⁊ radix rubea: q̄
ab aliq̄bꝫ vocatur bardana minor: ⁊ ab aliq̄
bus lappa minor. Uirtus ei' in oībꝫ sicut vir
tus prime speciei sed remissior.

Operationes

A ¶ Cōsolida rubea siue bistorta habet ꝟtutes
B ꝯsolidādi ⁊ ꝯfortādi cōceptū. ¶ Cōtra dissin
riam detur puluis bistorte cū succo planta/
ginis. ad constringendū menstrua fiat fomē/
tum ex aqua pluuiali decoctionis pulueris
eius: vel ex duabꝫ partibꝫ eius. ⁊ vna spice fi
at puluis q̄ aspergatur supra ventrē ipo pri'
melle calido emplastrato: ⁊ iuuat conceptū.
C ¶ Ad ꝯceptū iuuandū fiat emplastrū ex pul
uere ei' ⁊ alijs speciebꝫ aromaticis. Puluis
D ei' vulnera cōsolidat. ¶ Cōtra vomitū ex de
bilitate et furore colere puluis eius cōficia/
tur cū albumine oui et coquat͛ sup regulā et
E detur patienti. ¶ Galienus. Radix eius est
abstersiua ⁊ vrinatiua ⁊ calide cōplexionis.



Capitulum .xxxv.

Condros apud grecos duo ſcat Nā
ſcat risuz. Uñ respōdens mihi grec'
interroganti quid esset condros di/

ꝑit furfur farine. Item condros exponit᷑ qđ est aliqua cartilago. simil᷑ condros est genus frumẽti. de quo Dyascorides. Cõdros sunt eius due species. In vna inuenit᷑ vnũ granũ ⁊ in alio duo grana: ⁊ qđlibet ipoꝝ est stamerula ⁊ maioris nutrimẽti ꝙ̃ ordeũ boni saporis. ⁊ panis q̇ fit ex eo minus est nutritiuus ꝙ̃ q̇ fit ex frumẽto. Et species in qua reperiunt᷑ duo grana ẽ plꝰ nutritiua ꝙ̃ risum: ⁊ magis cõstrictiua ventris ⁊ melioꝛ stomacho.

Operationes

¶ Galienus libro. i. de alimentꝫ capitulo de condro. Genus frumenti est condros sufficienter nutritiuum viscosum habens chimũ. Hoc vocatur in libris de arabico translatis candarusiũ. Et apud Auicẽnam condros et candarusio ⁊c. ¶ Galienus. viij. sim. far. cap. condros. Est quidem optimus cibus sicut ⁊ triticũ: sed nõ est p̃sentis negocij de cibo determinare vt farmacũ vero emplastice ẽ virtutis: cõplexionis vero silis est frumẽto. plꝰ illo viscosioꝛ ⁊ nutritioꝛ. est plus illo siccatiuum ꝓpter cõmixtionẽ siccantiũ farmacoꝛũ. ¶ Dyascorides. Condros cõstrictiua est qñ ipsum coquit᷑ cum aceto: ⁊ fit linitio cũ eo. ⁊ eradicat scabiem vlcerosam: ⁊ eradicat vngues scissos. ¶ Et curat fistulas que sunt in labrymali. ⁊ quãdo administrat᷑ in principio earum: ⁊ fit ex decoctiõe eius clistere. Et est iuuatiuum vlceribus intestinoꝛum.



Capitulum. cxxxvi.

Condes. Sera. ti. ag. ca. cõdes auc. Gal. Illud qđ ex eo administrat᷑ est radix ipsius. virtus est calida et sicca in. iiij gradu. Unde ista medicina vtunt᷑ lauatores lane: ⁊ ad faciendũ lanã lenẽ ⁊ pulchram qñ fumigant ipam cũ ea: ⁊ est nota. Radix eiꝰ ẽ acuta: ⁊ in forma sua longa ⁊ rotũda. ¶ Dyascorides vocat᷑ ipam struciũ a macro obstruciũ. qđ quidã radicẽ ellebori albi putant: eo ꝙ sternutamẽta mouet vt ipm licet falso. pro quo macer sternutamentũ puluis ꝑ se mouet eius naribꝫ iniectus vererro nõ segnius albo. i. elleboro. ¶ Gal. viij. sim. far. ca. de strucio. ſm trãslatiõez grecã. Strucij radice maxime vtũt᷑ acri quidẽ existẽte ſm gustũ ca. et sic. ſm complexionẽ ex quarto fere gradu.

Operationes

¶ Dyascorides. Epaticis tussientibꝫ ⁊ ortonoicis medent᷑. Morbo regio vtiliter adhibentur cũ lacte naribꝫ infuse. cũ melle coclearium vnũ acceptũ ventrẽ mollit. cũ panacis ⁊ capparis radicibus accepte ⁊ bibite calculos vesice frangũt ⁊ excludunt. Sclirosim splenis spargũt. ¶ Condes matrici appositum mẽstruis imperat: aboꝛsum facit. cũ polenta ⁊ aceto positũ lepraꝫ tollit. ¶ Pustulas cum farina oꝛdei impositũ limpidat. Collirijs mixtũ caligines oculis detergit. Medicaminibꝫ necessarie miscet᷑. ¶ Tritũ sternutamenta ꝓuocat. cũ melle tritũ ⁊ in naribꝫ missum caput purgat. ¶ Sera. de ꝓprietate radicis eius est si accipiat᷑ qđ abscindit flegma ⁊ melancoliã grossam: ⁊ resoluit ventositates. ¶ Galienus. Radix eius est abstersiua ⁊ vrinatiua. mouet sternutatiões simil᷑ alijs quecũꝗ amara sunt gustu calide complexionis. ¶ Item Dyascorides facit semotum capitulum de ellebero a condisi. Nã condisi vocat strucium: aiens capitulo de strucio. Lanarij vtunt᷑ ad fumigiũ lane: eo ꝙ limpidat lanaꝫ. Radices sunt rotunde ⁊ oblonge: que si bibite fuerint diuretice sunt ⁊ calide. ¶ Pliniꝰ li. xxiiij. Condes siue struciũ. i. herba lanaria ouibꝫ data ieiunis facit abundantiã lactis. ¶ Plateariꝰ. Strucius id est agrestis cauliculus ca. ⁊ sic. in. ij. gradu. Succus ac semina foliaꝗ cõpetũt vsui medicine. Cũ inuenit᷑ receptio cauliculi semen caulis agrestis debꝫ poni. Cum aũt ipa folia debẽt poni. ¶ Succus ita debet p̃parari. Folia ꝯterant᷑: ⁊ succꝰ expressus ad solem desiccetur ꝑ bienniũ durat. folia viridia poni debent in medicinis ⁊ in vnguentis. Uirtutem habet dissoluendi ⁊ extenuandi ⁊ diureticam.

Capitulum. cxxxvij.



Coriandrū. Palladi⁹ li.iiij. Coriādrū a mēse Marcio serit͛ vsq͡ȝ ī octobrē. amatq͡ȝ terrā pinguē sed ꝛ macro so-la nascit͛: ꝛ ei⁹ semen qđ vetusti⁹ fuerit meli⁹ putatur: humore delectat͛ ꝛ satū bñ cū olere quocūq͡ȝ nascit͛. Sera.li.aggre.ca.dyabora: id est coriandrū auc. Gal. Substantia ei⁹ est terrea subtilis. ꝛ est cū hoc ī eo aquositas te-pide ꝟtutis nō pauce quantitatis ꝛ in sapo-re eius fm plurimū est amaritudo. Et ꝟtus ei⁹ est q̄ abstergit ꝛ resoluit. Galien⁹.vij.sim. far.ca.de coriādro. Virt⁹ ei⁹ ꝓma est virtus calida. Vñ Dyas. Infrigidatiuaȝ dicit hanc herbā nō recte. cōposita aūt est ex cōtrarijs virtutib⁹: multū quidē habens amare substā-tie: q̄ indicat ꝙ subtiliū partiū est ꝛ terrestrȝ. non modicū aūt habens ꝛ aquose humidita-tis vel tepide fm virtutē. habet aūt stiptici-tatem nō modicā in quib⁹ omnib⁹ operat͛ q̄-dem varie omīa q̄cunq͡ȝ Dyas. scripsit. sed pu-to sic existere sicut si mox fm ꝓncipia plaga-tis vel qualitercūq͡ȝ ꝑcussis in aliq̄ particula tumor liuidus vel niger fieret. frigida puta-ret͛ passio esse ꝛ egere dyaforantib⁹ ꝛ calefaci-entib⁹ farmacijs fm eundē puto modū. si trā-scēderit aliqñ calida dispositio ad frigidam obliuiscēdū est ꝓꝑ nō iādum vero alio scđo noīe. Vel si nomen volueris ꝑmutare sȝ face-re sicut q̄dā q̄ alia quideȝ ꝓncipij: alia ꝓ̄ de-clinationis scribūt auxilia. non aūt oportet frigida estimare eē declinatōis farmaca. Cō-cedendū ei est herisipilā noīare si q̄s volue-rit hmōi dispositionē nō tñ ca. vocare eā per-mittendū qñ depssa ē ꝛ remissa. nequaq͡ȝ ergo tūc qđ auxiliat͛ ei infrigidatiuū eē putem⁹ si-cut Dyas. vt coriandrū. qm̄ cathaplasmatuȝ (vt ip̄e ait) cū pane. vel etiā cū alfitis. sanat herisipilā. certū est herisipilā q̄ vtiq͡ȝ inflāma-tiua est nunq͡ȝ sanabit cū pane coriandrū: sed ꝑ id qđ infrigidat. Iam ꝓpterea ꝛ nos in an-teriorib⁹ sermonib⁹ qñ cuȝ determinata ex-perientia ꝓbare cuiuslibet farmaci virtutem postulabam⁹. simplicē enī vt possibile est ma-xime potionē eligere consulebam⁹. plurimi autē medicoꝝ neq͡ȝ quecūq͡ȝ plurime egritu-dinum mox a ꝓncipio inuadūt cōposita no-scunt. neq͡ȝ quoniam alia passio est herisipila certa. alia vero vocatur ab oīb⁹ nobis iā cō-suete ꝛ ab antiquis flegmon. alia autē in me-dio q̄ȝ multe. Hec quideȝ ꝛ vt vtiq͡ȝ dicat q̄s herisipila flegmosa. Hec autē velut flegmo-nes quidē herisipilatos inuenies: aut velut flegmones aliquando ꝛ neutrū ꝑdominans. At vero ꝛ ydemascosus quādo apparet sicut ꝛ herisipilas. sicut ꝛ alius sclirosus. Unde de compositis omnibus non modica haberet͛ multitudo. latius vero in quibusdaȝ alijs di-ctum est de his. Et ī libris erapentice metho-di dicetur. et nunc est de eis necessarium me-morari ꝙ certam herisipilam nunq͡ȝ predictū sanabit cathaplasma. voco autem certaȝ: qñ a colerica humiditate repleta fuerit particu-la. quoniam auteȝ longe ab infrigidando est coriandruȝ. licet tibi ex his que scripsit Dya-scorides addiscore. Scrofulas enim ait dis-soluere. quoniam nullum autem infrigidan-tium farmacorū sufficit dissoluere scrofulas. neq͡ȝ enī puto Dyascoridem dubitare multa quidem scribentē scrofularum sanatiua om-nia vero concordantia ꝛ calida cōplexionib⁹ ꝛ dyaforetica operationibus existere.

Operationes

¶ Dyascorides capi. corion: id est coriandrū omnib⁹ est notū. Virtus ei⁹ est frigidū tritū ꝛ in cathaplasmatibus redactū cum polen-ta. ꝛ pane triticeo mixtum ꝛ impositū Ignē sacrum extinguit. ¶ Tumores igneos tollit melle addito: et vna passa impositum epime-tidas ꝛ tumorem testiū ꝛ carbūculos curat: ꝛ collectiones cōpescit cū faba frixa mixtuȝ

A

B

scrofulis ⁊ pustulis p̄stat effectū. ¶ Semen
C ei⁹ bibitū cū dulcore lūbricos extinguit. ge-
nitalia. i. semina viri decrescere facit. Nam si
multū acceptū fuerit semē sensus hoīs hebe
tescit: aut citi⁹ infert necē. Vñ nō debꝫ q̄s q̄s
D vsum ei⁹ freq̄ntare. ¶ Succus ei⁹ aceto mi-
xtus aut spume argenti et ceruse ⁊ vino: oēs
pustulas ⁊ caligines ebuliētes extiguet. Hic
succus viscide est ꝟtutis restringit ⁊ refrige-
rat. Et iō ꝓprie ad ignē sacrū facit sicut ⁊ folia
ei⁹ cū succo maligranati: ⁊ oleo in potiōe p-
mixtū aī alia intraneis ꝑmixta ignita ꝑseq̄t.
¶ Semen ei⁹ ex aq̄ potatū solutionē ventrꝫ
E abstrīgit. mirū ē qd̄ xenocrates tradit si vnū
seminis granū femina biberit vno die ei mē
strua ꝯtineri si duo ⁊ totidē iam dieb⁹ quot
grana sumpserit. ¶ Sera. Coriandrū distil-
F laꝛ in oculū: ⁊ cōfert dolori ei⁹ magno cū la-
cte mulierꝫ. Et fit emplastruꝫ cū eo ⁊ abscin-
dit humores descēdētes ad oculū. ¶ Et ideꝫ
G auctoritate aben mesuay. Quādo torrescit
semen coriādri stringit ventrē. Et abscindit
fluxū sanguinis: q̄ est ab interiorib⁹. ⁊ bibun
tur de eo duo aurei cuꝫ. iij. ʒ. ⁊ dimidia succi
plantaginis siue eo ꝙ buliat. Et si est fluxus
sanguinis ab interiorib⁹ mēbris curaꝛ si po-
natur supra locū fluxus. ¶ Et idē auctorita-
H te albugeric. Coriandū est frigidū nartoticū
inducens sincopim ⁊ stuporē: ⁊ est toxicum:
quoniā odoratū cōgelat: ⁊ ꝓhibet fumosita-
tes ascendere ad caput. Et ideo ꝯfert sode ⁊
ebrietati. Et abscindit fluxum sanguinis: et
stringit ventrē. ¶ Et idē auctoritate Alexan
I dri. Coriandrum ꝓhibet fumositates ascen-
dere ad caput ⁊ ad cerebrū. Et ꝓpter hoc po
nitur in cibis epilenticoꝝ: q̄n cause epilentie
sunt vapores ascendentes a stomacho.
¶ Et idem aucto Alcauzi: quādo coriandrū
K siccum infunditur in aqua eius cum zuccaro
abscindit virge erectionē ⁊ desiccat sperma.
¶ Et idem auctoritate Rasis. Si bibantur
L ʒ. iiij. de succo eius recenti occidit: ⁊ abscin-
dit fluxum sanguinis a naribus quādo odo-
ratur. ¶ Et idem auctoritate Humay ī libro
M ꝑmutatiōis dixit: ꝙ pillule galieni sunt ei cō
trarie. Dyas. vero ꝯtradixit ei cū scꝫ galien⁹
dixit: ꝙ coriandrum declinat ad caliditateꝫ
quoniā manifestū est ipm̄ esse virtutꝫ frigide.
Et ex dicto suo q̄n sumitur succus eius occi
dit. ¶ Et idē auc. habix. Coriandruꝫ recens
N est mortificatiuū: cōgelatiuū: et si hō vtiꝛ eo
multū. Vel potū aque ei⁹ est toxicū. et si po
natur aqua ei⁹ cū aliq̄ ex alijs herbis ⁊ q̄n cū
aqua ei⁹ liniunꝛ apostemata sanguinea aut
colerica cōfert ⁊ extinguit eoꝝ inflāmatio-
nes. Omnia p̄dicta etiā sunt de mente Aui-
cenne. li. ij. capitulo de coriandro.



Capitulum. cxxxviij.

Cornea arbor siue cranea. Dyas. ca.
Cornea semē ⁊ fructū habet similez
oliue: sed paulo oblongi⁹ ⁊ viride. Et
vocatur grece carmu. qd̄ cū maturatū fuerit
obrusum habet colorē bonū in se hn̄s sapo-
rem stipticum est. ⁊ ideo dissolutionē ventrꝫ
⁊ dissintericos curat. ⁊ cū in dulcore posituꝫ
fuerit manducari potest quomō oliue cōdiū
tur cum sale frigida est ⁊ sicca.

Operationes

¶ Dyascorides. Huius folia cū ligno suo in **A**
foco missa sudationem reddunt que illinita
zernas optime sanat.
¶ Galienus. ij. de cibis ca. de cibis siluestri- **B**
bus. Cornu vero ⁊ bati ⁊ glādes ⁊ ceteri fru
ctus siluestres modicū nutritiōis habēt ca-
chochimi sunt. Et mali stomacho et indele-
ctabilissimi. porcorū vero esca existentes nō
domesticorum sed in montib⁹ morantiuꝫ: ab
ipis eni plimū hn̄t alimētū. ¶ Et idē. vij. sim. **C**
far. ca. cranea. Cranee arborꝫ fruct⁹ stiptic⁹
est sufficiēter esibilis existēs. q̄ circa nullum

mirabile attrahere ꝛ fortiter detinere cū ventrem sicut ꝛ mespila. folia ꝓo ꝛ germina pontica gustu sunt: ꝛ siccāt fortiter: vt ꝛ maxima vulnera consolidare possint ꝛ maxime duorum corporum. paruis vero vulneribus vel mollibus corporibus cōtraria magis sunt. tendunt enim hec siccatiua plus decente.



Capitulum. cxxxix

Cordumenum. Dyascorides capitulo cordilion: id est cordumenū. Herba est que nascitur in Silicia. eius frutex est sarmentosa: semen habens rotundum: et duplex sicut sunt fabe: viscidū ꝛ odoratum.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Semen eius si bibitum fuerit ꝓuocat vrinam ꝛ menstrua. Succus eiꝰ virge ꝛ seminis tribus obulis bibitus cum dulcore diebus decem nefreticis medicantur. ¶ Radix eius tunsa ꝛ vt electuariū composita toracis causas mirifice curat. Plinius. Radix eius potata lapides frangit.

Capitulum. cxl.



Costen

Costus. Aui. li. ij. cap. de costo. Costi spēs sūt tres. Una eaꝝ ē arabica. et est albꝰ leuis ꝛ aromaticꝰ. Et scḋa ē inda q̇ ē niger leuis: ꝛ ille amarꝰ ē. Et tertia spēs ḡuis odoris q̇ noīaꝶ gariofilatꝰ. Bonꝰ aūt costꝰ falsificaꝶ cū radicibꝰ enule durꝫ. ꝛ ꝓpterea nō mordicat linguā: neqꝫ hꝫ odorē fortē. Melior ē ille q̇ ē albꝰ recēs plenꝰ nō corrosus: neqꝫ fetidi odorꝫ: neqꝫ mordicans vel ledens linguā. deinde yndus niger lenis: ꝛ niger asemiꝰ. ꝛ melior ē marinꝰ subtiles habēs cortices. Est ca. i. iij. sic. i. ij. In ip̄o est q̄litas amara ꝛ acris valde ꝛ caliditas ꝛ acredo adeo q̄ ip̄a vlceret. Dyas. cac. ostus vtil' ē arabicꝰ. Est aūt eligēdꝰ cibꝰ leuis cū odore plurimo. Secūdꝰ ē yndicꝰ q̇ grossior ē ꝛ niger ꝛ leuis vt serula. Tertiꝰ ē syriacꝰ pōdere grauis ꝛ coloris buxei cū odore stiptico ꝛ mordaci sapore. habet quidē aliquaꝫ amaritudinem ꝛ plus acredinē ca. pariticipans qualitate vt extrahat. Paulus ca. de costo. Costꝰ est ca. ꝛ sic. complexionis in tertio gradu.

Operationes

A ☞ ¶ Auicenna. Conuenit omni membro: quod indiget calefactione: et vt ex eo attra-

batur humor ex ꝓfundo. Abstergit pannū cu
tis linit⁹ cū aqua ⁊ melle. In ipo ē vlceratio
⁊ ille q̇ est amarus exiccat vlcera humida.
B ¶ Et ꝯuenit mollificatiōi neruoꝝ ⁊ attritio-
ni lacertoꝝ: ⁊ est bon⁹ sciatice. ⁊ emplastꝝ ex
eo ꝯuenit litargie: ⁊ ꝯuenit dolorib⁹ pectorꝫ.
C ¶ Et ꝓuocat mēstrua bibit⁹ ⁊ suffumigatus
in traiectorio: ⁊ interficit fetum: ⁊ prouocat
vrinā: ⁊ extrahit ascarides ⁊ vermes.
D ¶ Et dat vires ad coitū: ⁊ ipe suppōit̃ ad do
lores matricꝫ: ⁊ ꝯuenit dolori matricꝫ fri. bi-
bitus ⁊ sedēdo in decoctiōe ei⁹: ⁊ mouet na-
turaꝫ qñ bibit̃ cū vino. ⁊ ipe nō dat vires ad
coitū nisi ꝓpter humiditatē supfluā inflatiuā
E que ē in ipo. ¶ Et ꝯuenit rigori linit⁹ cū oleo
⁊ cōuenit morsib⁹ omīb⁹ scꝫ morsui vipere et
alijs morsib⁹ qñ bibit̃ cū vino aut absinthio.
loco ei⁹ ponitur piretri: medietas ponderis
F ipsi⁹. ¶ Dyas. Costus cū oleo tritus ⁊ corpo-
ri punctus cū reb⁹ stipticis subuenit. Si au
tē ante accessionē sic vngat̃: rigorē in perio-
dica febre: ⁊ quartanā amputat ac etiā para-
liticis ⁊ sciaticis vel q̇b⁹ aliqđ membrū cale-
G fieri opus est. ¶ Unctus extrahit humorez
de ꝓfundo. in potione vero: q꞉ virt⁹ est ei ca-
lida diuretica. mēstrua ꝓuocat. pessarijs ad-
iunctus idē dolorē matricꝫ mitigat morsib⁹
venenatꝫ bibit⁹. ℥. ij. opitulatur cū vino ⁊ ab-
sinthio dolorē stomachi ⁊ inflationē: et tota
H eius vitia cōpescit: ventrē stimulat. ¶ Cū vi-
no dato lūbricos latos deponit. cū aqua po-
tatus oleo mixtus. ⁊ fricationi adhibit⁹ tor
pente frigore calefacit: eadē vnctione ⁊ para
liticos curat. reumata ⁊ spasmata ⁊ dolorem
lateꝝ sanat. cū aqua mulsa trit⁹ ad efialas fa
cit. melli mixt⁹ maculas ī facie natas deter-
git. malaginatib⁹ ⁊ antidotis necesse miscet̃
I ¶ Adulteratur aūt cōmixt⁹ cū enule maiori-
bus radicib⁹: sed facile intelligit̃ cū nec odo-
rem costi habeat nec saporē mordacē. Nā co
stus vires habet acres stringētes ⁊ calefaci
K entes. ¶ Serapion auc. Galie. Costus cōue
nit rigorib⁹ fe. qñ linitur cū eo ⁊ oleo corpus.
⁊ ꝯuenit sciatice ⁊ paraliticis ⁊ omuib⁹ in q̇-
bus calefacere oportet aliquam corpis par-
ticulam vel de ꝓfundo ad superficiem attra-
L here aliquem humorem. ¶ Propter eandem
autem causam prouocat ⁊ menstrua ⁊ vrinaꝫ
⁊ confert ad contritionem lacertorum et ad
dolorem lateris: ⁊ interficit ascarides pro-
M pter amaritudinem. ¶ Et quando linitur cū
aqua ⁊ melle super impetiginem mundificat
eam: ⁊ adiuuat ad libidinem. quoniā est in eo
de humiditate inflatiua ⁊ ventosa quādo su
mitur in potu cum vino.



Capitulum. cxli.

Cozula vel Mela persica fruct⁹ iste ē
oībus not⁹. Sera. li. aggre. ca. hes-
mes. i. cozula. Uirt⁹ eoꝝ est fri ⁊ hu.
in. ij. gra. Nā ꝓportionant̃ persicis.

Operationes

A ¶ Et idē auc. Alcauzi. Laxāt colerā ⁊ gñant
hūores grossos. Et idē auc. Rasis. Quidaꝫ
patiebat̃ fumositates ab aliq̄ hūore existēte
in stomacho suo. ⁊ dedi sibi aliq̄b⁹ vicib⁹ de
crisomolis. i. cozulis recētib⁹: ⁊ sedat⁹ est ille
fumus. Et ego nō credo ꝙ reperiat̃ cib⁹ ali-
q̇s frigidior ⁊ magꝫ iuuatiuus stomacho ca-
B lido ꝙ̄ ipa: ⁊ iō fastidiū tollūt. ¶ Aui. li. ca. ij
de crisomulis. Meliora sunt armena. nō enī
cito aduenit eis corruptio ⁊ acetositas: ⁊ cū
sumunt̃ crisomula. oportet vt accipiant̃ ma-
sticis ⁊ anisi eq̄liter. ℥. i. vsq꞉ ad. ij. cū vino pu
ro aut vino de passis paꝝ ⁊ mellis sunt fri. et
hu. in. ij. ⁊ oleū nucleoꝝ eoꝝ est ca. ⁊ sic. in. ij.
C ¶ Eoꝝ humor ē facilis putrefactiōis ⁊ eorū
D infusio sedat sitim ¶ Et crisomula q̇dē sūt cō
uenietiora stomacho ꝙ̄ ꝑsica. ⁊ armēa ñ cor-
rūpunt̃ in stomacho: neq꞉ acescūt velociter.

ex eis vero que expellunt eoꝝ nocumentū ē vt p̄mo sumat anisum et mastix cū miua aut vino de passis ꝛ conficiant cum melle puro. oleū nuclei ip̄oꝝ etiā ꝯfert emorroidib' grauant crisomula ꝓpter velocitatē sue putrefa-ctionis. veꝝ infusio siccoꝝ confert febribus antiquis. ¶ Johēs mesue in antidotario suo. Oleū de crisomulis sedat dolorē ani ꝛ emorroidaꝝ: ꝛ resoluit tumores vlcerum ꝛ impedimentum lingue ꝛ dolores auriū. Rabimoyses idem vult.



Capitulum. cxlij.

Cotula fetida vl' oculꝰ bouis. Sera. li. ag. cap̄. bichar auc. dia. Bichar. i. cotula h̄z stipitē mollē ꝛ folia silia folijs maratri: ꝛ flos eiꝰ est citrinus plus flore camomille silis flore cotule. ꝛ iō noīant eā h̄ nomīe. Et idē auc. Galie. acuitas ꝛ mordicatio sunt ī ea plꝰ q̄z ī camomilla. ꝛ resolutio eiꝰ est amplior resolutiōe ip̄ius. Dyas. ca. butalmos ſm trāslationē nr̄am. butalmos. i. cotula. Herba ē mollis. cuius folia sunt tenuiter scissa maratro silia. ꝛ caulis eiꝰ mollis nascēs circa muros ciuitatꝫ flores citrinos h̄ns et vehemēter splendētes ac in oculoꝝ silitudinē rotūdos. Vn̄ ꝛ nomē traxit florib' camomille silēs. ꝛ illa herba q̄ vocatur lingua nr̄a pucida vl' cotula fetida. Est alia butalmos h̄ns folia coriādro silia: nascēs iuxta muros ciuitatꝫ cuiꝰ flores sunt ex toto citrini. ꝛ ista est herba q̄ vocat ī lingua nr̄a oculꝰ bouis vł cotula. Gal. vi. si. far. ca. Butalmū siue semē ī corruptū vl' oculꝰ bouinꝰ. vel cotula fetida. noīatū q̄dē ē ita a florib' q̄ videnł ſm figuraꝫ similari oculo bouis. ſm colorē ꝟo silis ē artemidi. magꝫ āt ꝛ mlto acriꝰ ē ob h̄ magꝫ dyaforeticū: vt sanet duricies cōmixtū ceroto.

Operationes

¶ Dyas. Folia eiꝰ trita ꝛ cerotꝫ addita pustulas ꝛ duricies aptū ſpgit: ꝛ si flores eiꝰ terūł cū croco. **A**

¶ Affirmāt aliq̄ ꝙ si pꝰ lauacꝝ ꝛ balneū eūdē q̄s biberit bonū colorē restituet. et facit ip̄m vomere ꝛ maxīe arcuato morbo infectos acrꝫ ē: ꝛ iō dyaforetica. ꝛ ꝓpterea schetemata soluit cū ceroto tirsi eiꝰ ī cibū sumūł **B**

¶ Aui. odor eꝰ ꝯfert vētositatib' g̃ssis ī capite **C**



Capitulum. cxliij.

Cotula nō fetida. vel oculꝰ vacce. et h̄z flores nigros ſm antiquā trāslationē.

Operationes

¶ Dyascorides ca. Butalmos. Que translatio corrupta est. quoniā Serapion ex ꝟbis **A**

dyascoridis sm aliā trāslationem. Dyascorides dicit q̄ hꝫ flores citrinos siles floribꝫ camomille: ⁊ hoc verū ē. Nā dicit trāslatio quā allegat Sera. Butalmos hastā eijcit mollē folia maratri silia florē mellinū hñs sic̄ antimꝰ ⁊ maiorē oculo vacce similē. vñ ⁊ nomē accepit. Nascit̄ in ciuitatibus ⁊c̄. ¶ Sed sm trāslationē nr̄am dyas. Butalmos hꝫ duas spēs. Una ē q̄ hꝫ folia similia maratro: ⁊ flores similes floribꝫ camomille. ⁊ ista vocatur cotula fetida: vt in p̄cedēte cap̄. tractat: ⁊ latine dr̄ pucida. ⁊ Dyas. vocat eam partemon. ¶ Alia est q̄ hꝫ folia similia coriādro ⁊ flores citrinos nascēs iuxta muros ciuitatꝫ. ⁊ vocat̄ cotula nō fetida. ⁊ latine dr̄ oculꝰ bouis vel oculus vacce. ⁊ grece silr̄ ita sonat butalmos. sed arabice vocat̄ bihar. i. oculus vacce ⁊ ideo dr̄ ad lr̄am. ¶ Butalmos ē herba mollis antimo similis. lenes emittēs tirsos: ⁊ folia tenuiter scissa ⁊ mollia silia maratro. flores citrinos similes floribꝫ camomille. ⁊ ista sm veritatē ē cotula fetida q̄ alio noīe vocat̄ pucida. ¶ Et subdit. Est alia butalmos caulis mollis folia coriādro silia. flores citrinos hñs nascens iuxta muros ciuitatꝫ. ⁊ ista vocatur oculus vacce: vel cotula nō fetida. Et de ista herba ē hec veritas clare intuentibꝫ. lege capitulū p̄cedens scꝫ cotula fetida.



Capitulum. cxliiij.

Cocognidium. Camelea vl' Mezereon. Camelea grece q̄si ī̄fima oliua dicta: eo q̄ folia similia oliue hꝫ. Hec est que dr̄ mezereon ⁊ cocognidiū. Vñ cocognidiū mezereon ⁊ camelea sunt idē: vt appa ret p̄ Dyas. ⁊ Sera. Dyasco. ca. camelea sm trāslationē nr̄am. Camelea aut cocognidiū hastas hꝫ sup̄ terrā spansas. palmis duobus longas: frutex est ipsius sarmentosa. Folia hꝫ similia oliue: sed tenuiora ⁊ spissa gustum mordicantia ⁊ gulā exasperātia. Sera. li. ag gre. ca. mezereon. auc. dyas. Mezereon. i. camelea ē arbustū paruū cuiꝰ rami sunt apti ad ignē accendendū. ⁊ sunt ipi rami extensi sup̄ terrā. longitudine duoꝝ palmoꝝ hñtes folia oliue. nisi q̄ꝛ sunt subtiliora eis mordicantia ⁊ exasperātia linguā. ⁊ sunt super ramos densa. Galienus. vij. sim. far. ca. camelea. Camelea p̄dominantē habet qualitatē quo circa vlcera. ⁊ quecūq̄ maxime escaras habēt: cum melle expurgare potest.

Operationes

¶ Dyas. Camelea accepta coleram ⁊ flegma deponit. debēt vero fieri trocisci ex his admixto absinthio duplici mensura ⁊ vna parte camelee ⁊ catapucie iuncto melle vel aqua Folia eius imposita vulnera sordida curāt.
¶ Johānes mesue. Mezereon siue cocognidium solutione educit aquam citrinam cum fortitudine vehementi.
¶ Et dixit Alexāder: mixtū cum rebꝫ educētibꝫ melancoliā educit ipam: ⁊ cum rebꝫ educentibꝫ flegma educit ipm̄. ⁊ absinthiū duplicatum ⁊ cū mirabolanis: addunt ei bonitates notas: ⁊ faciūt educere coleram.
¶ Maiꝰ aūt iuuamētū qd̄ ex eo expectat̄ est ad ydropisim. educit enī aquā ꝯgregatam in ventre: nocet tñ epati īmo oībꝫ mēbris nutritionis ipsiꝰ. ¶ Et interficit lūbricos ⁊ ꝟmes ⁊ solutiōe educit eos ⁊ serpētes viscerꝫ. Et si fiat vnguētum ex eo ⁊ melle curat fistulā et vlcera fraudulenta. ¶ Et fit ex aceto decoctionis ipsiꝰ ablutio: ⁊ ꝓfert dolori dentiū ⁊ eorū corrosioni: ⁊ gingiue sanguinee ⁊ mollificationi. ¶ Et fit ex eo vnguētū ⁊ aceto ⁊ oleo ⁊ cera ad scabiē bonū. ⁊ fit ex eo linimentum ex sulphure ⁊ melle ⁊ aceto forti ad morfeaꝫ ⁊ lentigines ⁊ baras ⁊ delet eas.
¶ Et q̄nq̄ fit ꝯfricatio sup̄ morfeam ⁊ baras cum folijs eius ⁊ aceto forti: et est vltimum.
¶ Et dixit Johāniciꝰ Cocognidiū valet ad quartanā. ¶ Piniꝰ li. xxiiij. Folijs in duabꝫ

absinthij ptib9 decoctis eoq3 succo cū melle po-
to. folijs etiā impositis vlcera curant̄ ⁊ purgāt̄.
¶ Ait etiā idem. Quomodo collectum salutare
est oculis iumento⁊ ⁊ pecorū.



Capitulum. ccxlv.

Crocus. Aui. li. ij. ca. de croco. Croc9 melior est recens boni odoris subtilis sup cui9 pilos est parū albedinis non plurimū. Crocus san9 nō velociter tingēs nō inuiscat̄ neq3 frāgit̄. ca. est in. ij. sic. in. i. est stipti c9 resolutiu9 digestiu9 ⁊ glutinatiu9. ei9 caliditas est fortior stipticitate ei9. ⁊ ei9 oleū est calefactiuū. ¶ Platear9. Croci sūt due spēs. Ortensis q̄ in ortis nascit̄. ⁊ orientalis q̄ in oriente. Iste in medicinis nō vomicis ponit̄. in medio florū tres vel q̄ttuor flores parui nascunt̄. Eligendi sunt subrufi vel om̄ino rufi. q̄ āt citrinitatis aliq̄d habēt abijciendi. in sacculo stricto d̄ corio seruāt̄. p q̄nq3 annos seruari possūt. Virtutē habēt ꝯfortatiuā ex q̄litatib9 suis ⁊ ex aromaticitate. ¶ Palla. li. iiij. In februario mense croci serendi sūt bulbi ⁊ subtiliter si fuerūt arte fodiēdi. ¶ Sera. li. aggre. ca. Iamfaram. auc. Dyas. Ille q̄ fortior est i medicina est nou9 pulchri coloris. cui9 crinis vergit ad albedinē. lōgus nō fragilis. plen9: q̄ qn̄ fricat̄ tingit manū cito acuti odoris. ¶ Gal. vij. sim. far. ca. d̄ croco: s̄m trāslationē arabicā. Substātia ei9 ē terrea frigida: s3 qd̄ vincit sup eā est cōplexio calida. ⁊ in sapore ei9 est stipticitas pauca. Et vt9 eius est q̄ calefacit in scd̄o gradu ⁊ siccat i p̄mo. vn̄ maturat ⁊ digerit aliq̄li maturatōe. ⁊ qd̄ adiuuat ad h̄ est stipticitas pua q̄ repit̄ in eo. Et ē ex medicinis ꝯglutinatiuis ⁊ digestiuis. ⁊ nos diximus q̄ medicine cōglutinatiue ⁊ digestiue sunt ille in q̄b9 est caliditas nō fortis cū pauca stipticitate.

Operationes.

¶ Aui. Pot9 ipi9 colorē efficit bonum. resoluit apata ⁊ linit̄ ex eo herisipila. facit sodā. ⁊ ipse nocet capiti. ¶ Et bibit̄ cū rob ad ebrietatē. ⁊ est faciēs somnū. ⁊ obtenebrat sensus. ⁊ confert apostemati calido i aure. Abstergit visum ⁊ ꝓhibet fluxū ad ipm. ¶ Et valet ad pannū. Et fit ex eo alcohol ad varietatē acq̄sitā i egritudinib9. ꝯfortat cor. est lenificatiu9 odorat ipsum pleuretic9 ⁊ phirnetic9 vt dormiat: ⁊ ꝓprie eius oleū. ¶ Et facit anhelitū facilē. ⁊ ꝯfortat instrumēta anhelit9. ipē q3 facit nauseā. ⁊ deijcit appetitū. ꝓpterea q̄ oppposit9 est acetositati q̄ est in stomacho. ¶ Sed ipē ꝯfortat stomachū ꝓpter illud qd̄ in ipo est de caliditate ⁊ preparatōe ⁊ stipticitate. Et dixerūt q̄dā q̄ croc9 est bon9 splenī. excitat coitū. ⁊ ꝓuocat vrinā. ¶ Et ꝯfert duriciei matricis. ⁊ ei9 ꝯstrictioni ⁊ vlcerib9 fraudulentis. In ipa tn̄ administrat̄ cū fauo aut cū medulla cū duplo ipsi9 de alio. ¶ Quidam dixerūt q̄ ipm in potu dederūt ad ꝓlixū partū ⁊ fact9 est part9 statim. Et d̄r q̄ aurei. iij. de ipso interficiunt letificando. loco ei9 ponit̄ de costo eq̄le pondus ipi9. ⁊ de spica quartum pōderis eius. ⁊ pondus ipi9 de corticib9 cassie lignee.
¶ Et idē. iiij. fen. canonis p̄mi. ca. ij. ait. q̄ ducit medicinas ad cor. ¶ Et idē de virib9 cordis ait q̄ confortat cor. ¶ Sera. auc. Rasis. Fuit mulier q̄da3 q̄ laborauit aliq̄b9 dieb9 in ptu. et dedi sibi in potu. ʒ. ij. croci ⁊ peperit statim. ⁊ expertus fui hoc semp et semp fuit sic factum.
¶ Crocus inebriat inebriatōne forti: qn̄ ponit̄ in vino letificat adeo: donec faciat insaniā excellenti leticia. ⁊ digerit cibū. ⁊ ꝯfortat stomachū sua pōticitate: ⁊ fortificat epar. Et nō laudat̄ cerebro: aufert appetitū cibi: ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ meliorat colorē. ¶ Rabbi moyses. de croco ait q̄ auget appetitū coitus. ¶ ysaac in viatico cap̄. de emigranea ait: q̄ fit emplastrū ex croco: gūmi arabico: euforbio: ⁊ mirrha eq̄liter distēperans cū albumine oui. contra emigraneā.
¶ Paulus cap̄. de podagra. Recipe crocū cū vitello ouo⁊ ⁊ oleū rosarū ⁊ aquam rosarum ⁊

misceantur. ⁊ cum penna vnguatur locus podagre ex eo actu frigido.



Capitulum. cxlvij.

C Ucumer. Ubi sciendū ꝙ cucumeres sunt melones Indi ſm quosdam. Sed Mesue cap. de cucumere asinino videt̄ dicere ꝙ sunt citrulli. Sȝ aliq̄ dicūt ꝙ cucumeres sunt fruct⁹ sicut citrulli: oblongi tñ. nūq̄ȝ citrinescūt: ⁊ habent folia ita distinctas sicut melones. ⁊ cū maturant̄ habēt parū dulcedinis. ⁊ sunt insipidi. qđ ego ꝯcedo. vnde cucumeres non sunt melones Indi. qꝛ Aui. iiij. cañ. cap. de cura terciane pure ponit melonez Indum ⁊ cucumerem ergo non sunt idem. ¶ Sera. dicit Cucumeres nō sunt citrulli sicut apparet in cap. Citrullus. Et etiā Sera. dicit auc. Gal. ꝙ citrullus frigidior est cucumere: ergo cucumeres nō sunt citrulli.

Operationes

A ¶ Serapion li. aggre. ca. Rachera. auc. Gal. id est cucumeres. Cucumerȝ sub̄a ē grossa dura digestiōi: ⁊ generat chimū malū paratū corruptōi q̄ȝuis melon sit citi⁹ corruptibil̄. Et virtus ei⁹ est q̄ infrigidat ⁊ humectat in. ij. gradu

B ¶ Et mollit vētrē. ⁊ ꝓuocat vrinā. Et qñ sumit̄ cū rob aut cū lacte ꝯfert vlceribꝫ vesice: ⁊ sedat inflationē stomachi ⁊ sitim: qñ comedit̄ et sedat sincopim ex caliditate. ⁊ ꝯfert ei ex ꝓprietate quā hȝ.

C ¶ Et idē auc. Habix. Aqua citrulli ꝯfert inflāmatōi fe. ⁊ sedat sitim: ⁊ laxat ventrē laxatione bona sine nocumēto aliq̄. ⁊ dȝ bulliri cū zuccaro albo. Et nō oportet ꝙ det̄ habentibꝫ naturā durā nimis ad mouendum. qꝛ illa nō habet virtutē tantā ꝙ laxet naturā duram.

D ¶ Et si ipa fecerit moraȝ in stomacho forsitan inducit laborem ⁊ nocumentū ⁊ inflationes.

E ¶ Rabbi moyses auc. Gal. Cucumeres ⁊ pepones si cito nō digerāt̄: sūt venena mortifera.

F ¶ Gal. viij. sim. far. ca. Sikinis. videt̄ dicere ꝙ cucumer dicat̄ de pepone ⁊ cucumere iā dicto. Nā dicit sikinis. i. cucumer esibilis q̄ q̄deȝ pepon est subtilioris sub̄e. q̄ ꝟo nō est talis grossioris sub̄e ac etiā abstersiua ⁊ incisiua ꝑticipat ꝟtute. vñ diuretica sunt ⁊ splendidū reddūt corpus. ⁊ maxīe si sicca uerit q̄s semē deinde incidens ⁊ cribrās lenire faciūt. domiat̄ aūt i eis frigida ⁊ hūida cōplexio: nō tñ fortiter: sȝ in scdo gradu locat̄.

G ¶ Si ꝟo q̄s semē siccauerit vel radicē nō adhuc humide nature erit. sȝ iā siccantium in ꝑmo q̄si gradu: vel scdo incipiēte. Est aūt ⁊ abstersio in his plus q̄ȝ in carne fructus.



Capitulum. cxlviij.

Cucurbita. Pli. li. xii. In insula psica sũt arbores lanigere: ferũt etiã cucurbitas cotonei mali magnitudine: que maturitate rupte lanugis pilas oñdũt. ex q̃bꝫ vestes p̃ciose lintheo faciũt. ¶ Idem li. xix. Cucurbitis ē nat̃a cucumeri similis dũtaxat in nascendo. eq̃ hyemē oderũt. amãt rigua et fimũ. Serunt̃ ambo semĩe ĩ terra sesquipedali fossura inter eq̃noctiũ vernũ ꝛ solsticiũ. parilibꝫ tñ aptissime. Aliq̃ malũt ex kalẽdis Marcij cucurbitas. ꝛ nonis cucumeres ꝛ p q̃nquatros seres. retsili modo reptãtibꝫ flagellis p artesuꝫ aspera in tectũ vsqꝫ scãdũt nat̃a sublimitatꝫ auida. virescqꝫ sine ãminiculo scandi nõ sunt. ¶ Palladius li. iiij. In mẽse Marcio cucurbita serenda: amat solũ pingue humidũ stercoratum solutũqꝫ in cucurbitꝫ insigne est ꝙ lõga pariũt ꝛ elegãtia semĩa q̃ in eaꝝ ceruice nascũt̃. q̃ ĩ vẽtre fuerãt cucurbitas faciũt crassiores. Que ĩ fundo latas si ĩ cacuminibꝫ obruãnt̃. vbi adolescere ceperint ãminiculis adiuuẽt̃. Que seruant̃ ad semĩa vsqꝫ ad hyemẽ in suauitate dependeant. deinde sublate in sole siccent̃. aut fumo fument̃: aliter semĩa putrefacta depereunt ¶ Sera. li: aggre. cap̃. hara. i. cucurbita. Virtus eiꝰ est frigida ꝛ humida in scd̃o gradu.

Operationes.

A ¶ Dyas. cap̃. cucurbita. Cucurbita cruda trita ꝛ catha plasmatibꝫ adhibita papulas corporis ãputat. apostemati calido maximũ p̃sidiũ est.

B ¶ Succus rasure eiꝰ dolorẽ calidũ auriũ mitigat cũ oleo rosaꝝ mixtus ꝛ auribꝫ instillatus ꝛ cerebro appositꝰ estuatõẽs infantiũ mitigat.

C ¶ Et ꝯfert apostematibꝫ calidis q̃ fiunt in cerebro eoꝝ. Tumoribꝫ oculoꝝ opitulat̃. Podagricis maximũ p̃sidium est.

D ¶ Elixa q̃ꝫ ꝛ exp̃ssa melle ꝛ nitro addita ꝛ bibita ventreꝫ mollit. cruda ꝛ excauata ꝛ vino impleta si sic manserit vna die ꝛ nocte ꝛ postea bibatur similiter ventrem mollit.

E ¶ Crude ꝛ trite leniunt omnẽ tumorẽ. succus eiꝰ dolorẽ dentiũ mitigat si diutiꝰ in ore teneatur: sꝫ ꝛ oleo rosarũ mixtus ex vnctione corporis admotus febrium restringit ardorem.

F ¶ Et qñ fit emplastꝝ cũ rasura eius ꝛ medulla panis sup̱ podagrã calidã: aut sup̱ herisipilam ꝯfert.

G ¶ Cinis aridi corticꝫ efficaciter potest cõbusta sanare. Eundẽ cinerẽ dicimꝰ ab expertis vulnera ĩ veretro iã in putredinẽ v̾sa purgare: ꝛ ad cicatricẽ p̱ducere. podagre estuanti. et ignibꝫ sacris cortices virides subueniũt.

H ¶ Semini sicco illa vis tradit̃ vt in puluerem tunssum ꝛ inspersum impleat vulnera q̃ cauata sunt.

I ¶ In cibo sumpta stomachũ relaxat bibẽdi desideria nõ excitat. succꝰ tepefactꝰ dolori auriũ q̃ ex inflãmatione caloris fit infundit̃ humectat aurẽ ꝛ infrigidat abundanter. et ptiriasim infantium rasura depellit cum polenta. Hec eadem dicit Serapion auc. Dyascoridis: licet sub alijs verbis.

K ¶ Almansor tractatu tertio. cap̃. de cucurbita. Cucurbita est frigida ꝛ humida q̃ stomacho mala existens appetitum destruit. sitim quoqꝫ sedat: ꝛ epatis ꝛ stomachi ardorem extinguit: qñ in eis abundat calor.



Capitulum. cxlviii

Culcasia siue Caso. Pliniꝰ cap̃. de colcasia. Culcasia quã aliq̃ Cyamon vocant. nobilissimã hãc in egypto enylo metunt. caulecũ coctus est arenoso in mãdendo. Busso autẽ q̃ intra folia emicat spectabili folijs latissimis etiã si arbores cõparent̃ ad similitudinẽ eoꝝ q̃ p̱sonãtia. id est lappago maior dicunt̃ ẽm Dyascoridem in nostris partibꝫ vocamus aque nyli suis dotibus gaudent. vt impressis collocasie folijs in variam speciẽ vasorum potare gratissimum habeant ꝛc̃. Hec herba est quã Dyascorides vocat fabam egyptiacam. cuius proprietates ꝛ virtutes ẽm ipm inuenies in littera faba egyptiaca. Et istam fa

bam egyptiacam vocat. Auicenna bulcas. de qua capitulũ facit in secundo canone. Est em̃ culcasia satꝫ nota ĩ egypto apud mercatores practicãtes. ⁊ in Syria. Et ego ipam habeo Salerni in viridario meo secus spectabilẽ fontem: q̃ culcasia vulgari nr̃o vocat̃ caso. Cuius folia aquis more vasoꝝ plena egroꝝ ⁊ conualescentiũ mentẽ delectãt: necnõ eoꝝ animũ excitant ad bibendum.

Operationes

A ¶Serapion li. aggre. cap̃. bulcas. id est culcasia. In sapore hui⁹ plante est acuitas. ⁊ mordicatio multa ⁊ stipticitas pauca. ⁊ ꝟt⁹ eius ẽ calida in scd̃o. ⁊ qñ coq̃t̃ ꝯfert stomacho.

B ¶Et idem auc. Aben Mesuay. Culcasia est calida ⁊ humida. ⁊ auget sperma. ⁊ radix coq̃tur. ⁊ habet bonum saporem. Et est bona stomacho. et appetitum prouocat ⁊ vrinam. Est calida ⁊ humida. ⁊ auget in spermate. Hec herba est multũ egiptijs nota: nascit̃ iuxta aquas et habet folia magna ⁊ lata. ⁊ radix cocta ⁊ comesta auget corpus.

C ¶Paulus cap̃. de culcasia. Culcasia est herba omĩb⁊ nota. ⁊ nascit̃ iuxta aquas. cuius radix comesta ⁊ cocta stomacho est vtilis.

¶Ysaac in dietis particularib⁊ cap̃. de culcasia. Culcasia est herba in egypto nascens aliq̃ntulum pontica cum acuitate. vnde monstratur calida et humida.

D ¶Cuius radix si elixetur acumen emittit. ⁊ viscositas quã ꝑus latenter habuerat in ea aperta fiet. Ideoqꝫ duri grossiqꝫ nutrimenti est generatiua. sed cum sui ponticitate stomachum confortat. et ventrem constipat. Si tñ moderate comedatur bonum generat nutrimentũ. valetqꝫ dissentericis cum viscositate et ponticitate quam habet.

E ¶Auicenna li. ij. cap̃. bulcas vel culcasia. Est planta in qua est assimilatio de alisnen. Calida est ⁊ sicca in ꝑmo gradu. Et in ipa est salsedo cum stipticitate. ⁊ partes eius nõ sunt similes. ⁊ est cum inflatione pauca. ⁊ fit ex ea gargarismus cum lacte ipsius ⁊ sale. ⁊ in egypto decoquit̃ cũ eo caro. ⁊ frigit̃ cũ oleo.

F ¶Et est illis cibus q̃ solutione educit aquaꝫ citrinam ⁊ ꝓprie semen eius ⁊ succus ipi⁹. ⁊ minoratur ex ea vt debiliter.

G ¶¶Prouocat vrinam: et generat sperma. ⁊ expellit coleram. ⁊ aquositatem cum facilitate. ⁊ potus eius sit ab vna tertia libre vsqꝫ ad duas tertias libre.

Capitulum. cxlix



Cuscuta. Sera. li. aggre. ca. Kasuch. i. cuscuta. Et est res q̃ adheret herbis inuoluẽs ea sic̃ fila: ⁊ in sũmitatib⁊ habet fructũ subtilẽ. ⁊ ipa crescit in arborib⁊. ⁊ ĩ summitate ei⁹ inuoluit̃ simul. Reperit̃ de ipa multũ ĩ vineis: ⁊ destruit multuꝫ herbas. ⁊ ĩ ipsa est amaritudo. Et idẽ auc. Aben mesuay. Cuscuta est herba q̃ repit̃ intra linũ: ⁊ suspẽpit̃ ei: in cui⁹ sapore est amaritudo ⁊ põticitas pl⁹ amaritudine. ⁊ virtus ei⁹ est calida in ꝑ. ⁊ sic. ĩ scd̃o.

¶Et idẽ auc. Mesarugie est fri. ⁊ hu. Et idem auc. alabati. Est cõposita ꝯtrarijs ꝟtutib⁊. ⁊ est in ea amaritudo ⁊ stipticitas. ⁊ est ca. in ꝑ. ⁊ sic. in. ij. Et idẽ auc. Sabor Eben. Eius caliditas aut frigiditas est ꝟm cõplexionẽ arborꝫ cui adheret. qm̃ fit ca. ꝑ adherentiã calide arborꝫ. ⁊ est frigida ꝑ adherentiã frigide.

Operationes

A ¶Se. au. Gal. Cuscuta abstergit ⁊ fortificat: ⁊ apit opilatiões epatꝫ. ⁊ renũ ⁊ fellis.

B ¶Et mũdificat venas subtiles ⁊ grossas ab humorib⁊ grossis ⁊ colericꝫ. ⁊ fortificat stomachũ ⁊ epar. ⁊ ꝯfert ictericie facte ab opilatiõe epatꝫ ⁊ febri. ⁊ ꝓprie febri infantiũ. ⁊ purgat colerã.

C ¶Et idem auc. Mesarugie. Cõfert ictericie ⁊ opilationi epatis ⁊ splenis.

D ¶Et idẽ auc. Alabati. Cõfert

stomacho ꝛ epati ꝛ eoꝝ opilatōibꝰ. ꝛ expellit su perfluitates neruoꝝ ꝛ venaꝝ. ꝛ mollit ventrē ꝛ ꝯfert febribꝰ. ¶ Et de ꝓprietate eiꝰ est expelle- re supfluitates antiquas a venis. ¶ Et idem auc. Sabor eben. Est bona stomacho. ꝛ maxi me qñ miscet̃ cū ea anisum ꝛ semia similia.



Capitulum. cl.

Colofonia. Piniꝰ ca. de colofonio. Pix erica sic dicta ab erice filio veneris: qui victꝰ ab Hercule mutatꝰ est in montē sui nois In q̃ mōte crescūt arbores: q̄ꝝ gūmi dr̃ colofo nia: inde eritica carpos fructus illius arboris Et dr̃ pix greca: qꝛ de ea in grecia in multa q̄n- titate inuenit̃. ¶ Paulus in cap. de colofonia: calida est in scdo: ꝛ sicca in pmo.

Operationes.

¶ Cōtra dissinteriā fit suffumigatio ex pulue- re ipsiꝰ. Cōtra tenasmonē ex frigida cā ex pul- uere ipiꝰ ꝛ nasturcij eq̄liter mixtis fiat aspersio sup renes melle calido punctos ¶ Ad pilos de facie remouēdos ꝛ faciē dealbandam. Accipe ℥. iij. colofonie. ℥. i. masticis modicū armonia- ci purissimi: ꝛ dissolue i vase terreo nouo ꝛ mū- do: et ad vltimū tres guttas armoniaci ꝛ misce ꝛ cola sup aquā frigidā ꝛ misce ꝛ malaxa. Cū āt volueris pilos tollere resolue paucū ad ig- nem ꝛ aliquantulū tepefactū pone sup faciem p vnā horā vl̃ duas. postea remoue pilos remo uet ꝛ faciē depurat. Et sit locꝰ siccatꝰ cū pānis ꝛ parū cū digito madefacto preme vt meliꝰ ad- hereat. Potest illud emplastrum decies appo- ni: ꝛ potest seruari p duos dies. ¶ Cōtra asma ex frigida causa: materia existente digesta ꝛ dis- soluta accipiat patiens fumū per os.



Capitulum. cli.

F ¶ Et oleum vetus oliuarum maturarū cōuenit in medicinis. et omēs species olei sunt lenientes corpus. ⁊ ꝓhibent aduentum frigorꝫ corpori: ⁊ faciunt ipm abilem ad motū ⁊ molliunt ventrem. ⁊ debilitant virtutem medicinarum vulnerantium.

G ¶ Et datur in potu contra medicinas mortiferas vt euomatur cum eis. ⁊ fit cum hoc assidue quando bibuntur ex eo. Z. ix. cum tantundem aque ordei vel aque calide laxāt ventrem. et quando decoquuntur cum ruta ⁊ bibuntur ex eo calido. Z. ix. cōfert torsiōi ventris ⁊ expellit lumbricos.

H ¶ Et qn̄ fit cū eo cristere ꝯfert colice q̄ fit ab apostemate interiori: ⁊ opilatiōe q̄ fit a stercore duro. ⁊ antiquū ex eo est calidius. et plꝰ resolutiuū. ⁊ fit cum eo cohol ad acuendum visuꝫ. ⁊ si non habes ⁊ necessario indiges eo. coque ipm donec fiat sicut mel ⁊ vtere. ⁊ virtus eius est sicut virtus veteris.

I ¶ Et oleum oliuarū siluestriū est stipticū. iu-

ugmentū ei⁹ est i medicina min⁹ iuuamēto supradicti olei. ⁊ iuuamētū ei⁹ est sic iuuamē tū olei rosaꝝ. ⁊ stringit sudorē ⁊ ꝓhibet casuz piloꝝ: ⁊ purgat furfures capitꝭ: ⁊ ꝯfert scabi ei ⁊ porꝭ. ⁊ ꝓhibꝫ canos qñ ex eo fit collutio oris valet ad apostemata gingiuaꝝ. ⁊ cōfert dentibꝫ cōmotis.

B ¶ Et iam ꝑparant ex ea epi thimata ad gingiuas qñ humores currūt ad eas. ⁊ oportet ꝙ accipiat lana ⁊ inuoluat su pra stilum ⁊ madefiat in oleo feruenti ⁊ pona tur suꝑ gingiuas sepe donec albescant.



Capitulum. cccxxij.

Olibanum grece ⁊ latine vel thus. ara bice Ronder. Sera. lib. aggre. ca. Ronder auctori. Dyas. Est gūmi ex canchi siue Karech. Et sunt ei⁹ species q̄ttu or. Una est melior: ⁊ ē ex terra indie. cui⁹ co lor ē smaragdin⁹: ⁊ sicut color melōgie. ⁊ col ligit in cochijs. ⁊ figura eius est rotūda. ⁊ fra ctura ei⁹ est angulosa. ⁊ ponūt illud hoīes in olla terrea. ⁊ agitant ollā tādiu donec figura eius rotundat. Et post temp⁹ fit rubeū. ⁊ se cundū est ex terris arabū. ⁊ est secundū in bo nitate. ⁊ meli⁹ ex eo est masculū. ⁊ est illud qđ est rotundū album. ⁊ nō facile frangibile. Et qñ frangit qđ est interi⁹ eius est tenax. et qñ fit fumigatio cū eo cōburitur cito. ⁊ tertium est in bonitate sicut arabicū. et est hūs frusta minora q̄ꝫ ipm: ⁊ declinat plus ad colorē aco ri. Et quartū est de colore albo. et qñ frangit vergit color eius ad calorē masticis. Idē au cto. Galieni. Sapor olibani est stipticus sti pticitate multa. Verū albū ex eo nō habꝫ sti pticitatē manifestā. Virtus eius est q̄ calefa cit in scđo gra. et desiccat in ꝑmo. vñ est sti pticū. Dyascorides ca. de olibano. Thus vl olibanū lacrimus est arboris q̄ grece liban⁹ dicit. Qđ aūt de arabia defert candiduz est. qđ vero de india rufum. sed vtrūq̄ masculuz est. Est tertiū gen⁹ minutū valde ⁊ rufum qđ māna thuris đr. Est ergo optimū thus quod masculū đr. subrufum ⁊ rotundū et pingue et naturaliter leue ⁊ fragile. ⁊ qđ ab igne cito in cendit odorē suauē copiose emittens. Galie nus. vij. sim. far. ca. de thure. Libanū. i. thus calefactiuū quidē est in secūdo gra. siccatiuū aūt in ꝑmo. Habet aūt q̄d stipticans paucū. minime vero manifesta est stipticitas in albo ſm colorē. Cortex aūt ei⁹ stipticā virtutē ma nifestaꝫ possidet. quocirca siccat generose: vt in scđo gradu siccatiuum existat.

Operationes

A ¶ Sera. auctori. Dyasco. Abstergit obscuri tatē visus. replet vlcera profunda ⁊ incarnat ea. ⁊ ꝯsolidat vlcera recentia cū suo sanguine

B ¶ Et qñ bibit olibanū ꝯfert sputo sanguinis ⁊ abscindit fluxū menstruoruꝫ et cuiuscunq̄ sanguinis vndecūq̄ fluat: ⁊ sanguinis q̄ flu it a cerebro qui đr mescha: ⁊ est species flux⁹ sanguinis nariū. ⁊ ꝓhibet vlcera fraudulēta q̄ fiunt in ano ⁊ in alijs mēbris. Qñ miscetur cū lacte ⁊ fit inde licinium ⁊ administrat.

C ¶ Et qñ admisceiur aceto ⁊ oleo. ⁊ fit linimē tum in principio formice. aufert eā. ⁊ emperi ginem. ⁊ miscetur cum adipe anseris et porci ⁊ curat vlcera fracta ab adustiōe ignis. ⁊ scis suras pedum que fiunt a frigore.

D ¶ Et qñ miscetur cū pice curat cōcussionem aurium. Et qñ miscetur cū vino dulci ⁊ distil latur in aurem: confert dolori eius.

E ¶ Et quādo admiscetur cū chimolea: et oleo rosarum. et liniuntur cum eo apostemata ca lida mām̄illarum que fiunt post partum. tūc confert eis. et ipm admiscetur cū medicinis conferentibus pulmoni et emplastris resol uentibus apostemata interiora.

F ¶ Et qñ bibit ꝯfert sputo sanguīs: ⁊ dissolui tur flegma ⁊ aufert tristiciā: ⁊ auget mēoriā. Et quādo bibunt de eo sani parum meliorat

eos.ſed ſi nimis cū vino biberint inducit maniam.⁊ amplius cū vino occidit.Et cōburitur olibanū quando accipitur fruſtum ex eo.⁊ incenditur ⁊ inflāmatur.et ponitur in teſta ſubtili ⁊ cōburitur.⁊ quando comburis eum oportet vt cooperias eum aliquo alio vaſe. quia facit cum hoc ꝙ non incineratur.

G ¶Serapion auctoritate Galieni. Uirtꝰ fumi olibani eſt calidior ⁊ ſiccior virtute olibani quouſqꝫ reponatur ī tertio gradu.⁊ abſtergit ⁊ replet:⁊ mūdificat vlcera oculi.quēadmodum faciūt fumus myrre ⁊ ſtoracis.

H ¶Et idem aucto. Dyaſco. Fumꝰ olibani ſedat apoſtemota oculi.⁊ abſcindit curſuꝫ humiditatū ad ipm.⁊ mūdificat vlcera eiꝰ:⁊ generat carnē in vlceribꝰ ipſius q̄ dicunꝰ chilomata:⁊ ſedat apoſtemata que fiunt in eo que dicuntur kankri. Fumus autē myrre ⁊ ſtoracis eodē modo colligiꝰ.⁊ valet vt ſupra.

I ¶Et idem auctoritate Aben meſuay. Olibanum deſtruit flegma ⁊ aufert triſticiam:⁊ auget memoriam. Auicenna de viribus cordis dicit ꝙ confortat cor.



Capitulum.cccxxij.

Opopanax latine.ſꝫ grece panax.eraclea.Arabice Jenſis vel Henſir. Jſidorus li.etymologiaꝝ. Panax ē herba fragrantis odoris tyrſo ferule ſimilis:ex qua ꝓfluit ſuccus q̄ oppopanacis diciꝰ:croceus ⁊ pinguis:odore grauis et amariſſimꝰ.

¶Dyaſc. Eſt panax eraclea vnde opopanax colligiꝰ. Hec habet folia expanſa ſuꝑ terrā: horribilia ⁊ aſpera valde in q̄nqꝫ ꝑtes diuiſa. virgam longā ſicut ferule coloris albi.et ſuꝑ cam capitella aneto ſimilia cū flore mellino. Semen odoratū ⁊ calidū.radicē vnā ſolidā que de ſe multas emittit radices albas odore graues ⁊ guſtu amaras. Jpaqꝫ radix lacrimū emittit qui colorē croceū oſtendit. ¶Serapio libro aggre.ca. Henſir.aucto. Dyaſco. Arbor Jenſis vel henſir: id eſt opopanacis planta in hortis ⁊ pomerijs inueniꝰ.⁊ ē planta habens folia aſpera ſicut ficus nō magna ⁊ ſpanſa ſuꝑ terram viridia rotunda:⁊ diuiſa in q̄nqꝫ ꝑtes.ſilia folijs ficꝰ ī ſua ſilitudine.⁊ ſtipes eiꝰ eſt longꝰ ſilis ſtipiti galbani. albꝰ ſuper quem ſunt pili albi ſimiles pulueri albo.in cuius circūitu ſūt folia parua.⁊ in ſūmitate eius ſunt capitella ſimilia capitellis aneti.in quibꝰ ſunt flores croceum colorē habentes:⁊ habētes odorē bonū.⁊ habꝫ ſemen odoriferū.⁊ habet radices multas egredientes ab vna radice.grauis odoris. ſolida ſuꝑ quā eſt cortex groſſus amari ſaporis. Qđ autē ex ſemine huiꝰ plante eſt meliꝰ:eſt illud qđ eſt ſuꝑ ſtipitem. ¶Auicē.li.ij.ca.de opopanaco. Opopanacū eſt arbor que nō eleuaꝰ a terra.⁊ ſimilātur ipſius folia folijs ficus. ⁊ ſunt vehemētis viriditatis rubea incifa. habētia partes rotundas.⁊ eius crus eſt ſicut cucumeris.ſuꝑ qđ ſunt pili puluerulenti. Et eius folia ſunt parua valde.ſuꝑ cuiꝰ extremitateꝫ eſt corona ſimilis corone aneti.⁊ eiꝰ flos ē citrinus.⁊ folia floris ſunt boni odorꝫ. et venenoſi ipſiꝰ ſūt ꝑlime.ramificanꝰ a radice vna.groſſum hn̄tes corticē.⁊ interiꝰ odoris eſt grauitas. Eius aūt gūma extrabiꝰ cū inciſiōe ſue radicis in primis cum crus apparet.

Operationes

A ¶Auicen. Eſt aūt reſolutiuū ventoſitatū: lenificatiuū:abſterſiuū.lenificat duricies ⁊ bothor. Eius radix eſt ad medicandū oſſa nuda.⁊ cū melle eſt cōueniens vlceribꝰ antiquis ⁊ igni perſico.⁊ qđ ſuꝑ ipm eſt etiam vulneribus ⁊ bothor.⁊ ad ſummū omēs partes eius confert vlceribus fraudulentis.

B ¶Et bibitur cū aqua ⁊ al caratin.⁊ cum vino

propter ↄtractionẽ lacertoꝝ ex pcussione.

C ¶ Quidã enim dixerunt ꝙ ipm est malũ nervis. ꝛ videt ꝙ sit maluꝫ neruis sanis siue humectatis. Et ↄferens est sciatice: ꝛ remouet lassitudinẽ/ ꝛ ↄuenit dolori iuncturaꝝ omnium. ꝛ podagre more emplastri suppositũ.

D ¶ Confert corrosioni dentium: cum eo implentur: ꝛ sedat dolores eorum ꝛ cõuenit sode ꝛ epilentie. ꝛ matri infantiũ. Acuit visum ꝛ fit ex eo collirium. Ex folijs eius fit emplastrum super dolores lateris.

E ¶ Et opopanacum conuenit dolori vtrorũqꝫ laterum: ꝛ tussi cum sint frigidi. Eius succus conuenit duriciei splenis more emplastri suppositum ꝛ bibitum cum aceto.

F ¶ Ponuntur autem ex eo decẽ aurei in duobus vaseolis musti. et clarificatur post duos menses ꝛ conuenit spleni valde.

G ¶ Et mustum hoc cõuenit ydropisi. lenit duriciem matricis. ꝛ conuenit guttationi vrine. ꝛ auellana vna ex eo bibitur cum aqua calida ad prouocandum vrinam ꝛ menstrua: ꝛ iuuat matricem frigidam.

H ¶ Et eius fructus facit abundare menstrua: et proprie cum absinthio/ ꝛ interficit fetum: ꝛ proprie radix eius. Ipse nancꝫ facit aborsum supposita ꝛ bibita.

I ¶ Et cõuenit pfocationi matricis: ꝛ extermi nat ventositatem ꝛ duriciẽ eius. ꝛ conuenit colice. ꝛ soluendo educit crudum humorem.

K ¶ Et ↄuenit pruritui vesice si bibit cum aqua cartami ad rigorẽ ꝛ febreꝫ: periodicas. ex eo cũ pice fit ẽplastrũ bonũ morsui canis rabiosi cũ aristologia ad puncturas bibita ẽ tiriaca. ꝛ similiter eius succus. loco eius ponunt ficus. ꝛ extimo ꝙ armoniacũ ẽ ei ꝓpinquũ.

L ¶ Serapion auctoritate Galieni Radix eiꝰ est medicina que desiccat ꝛ calefacit. ꝛ in hoc est melior ꝙꝫ ipm opopanax. Cortici autẽ eiꝰ inest virtus abstersiua. Cortex eiꝰ valet contra denudationem ossium nudatorum. ꝛ nos quidem eo vtimur in medicinis ossium denudatorum. ꝛ in medicinis vlcerum fraudulentorum. quia generãt iste medicine carnes in vlceribus generatione forti.

M ¶ Et auctoritate Dyascoridis. Quando datur de eo in potu cũ mellecrato aut vino cõfert rigoribus fe. periodicarũ ꝛ concussionibus neruorum ꝛ doloribꝰ laterum: ꝛ tussi: ꝛ distillationi vrine: ꝛ scabiei vesice.

N ¶ Et idem auctoritate Aben mesuay. Conuenit ad ea ad que iuuat armoniacum. et dosis est a. ʒ. f. vsqꝫ ad aureum. i.



Capitulum. cccxxiiij.

Onomia quã mlti onomidã appellauerunt. Dyascorides ca. Onomia virge sũt duoꝝ palmoꝝ: ꝛ nodose. folia illi sunt minuta sic lenticule. aut rute aut anchuse subaspera ꝛ piguia ꝛ spissa. hanc multi in sale cõponũt et comedunt suauissime. virge pdicte spinas acutissimas habent. albe sunt ꝛ virtutis calide.

Operationes

A ¶ Corium radicis earum cũ vino bibitũ vrinam puocat. lapideꝫ vesice excludit. Vulneribus sordidis medicat. cum aceto cocta et ore retenta dolorem dentium phibet.

B ¶ Galienus. viij. sim. far. cap. ononis. Ononis radicem habet calefactiuam iam fm tertium gradum.

C ¶ Cortex vero eius maxime est vtilis participans abstersiuitate ꝛ incisiõe. vnde nõ tantum est abstersiua sed lapidem fractiua.

D ¶ Eadem autem virtute ꝛ escaras cito sistit. vtuntur autem ea ꝛ ad dentium dolorem coquentes in oxicrato ꝛ gargarizantes.

Capitulum. cccxxv.



O Riganū. Dyaſ. Origanū ē oībꝫ notū. ⁊ ē duplex: domeſticū vicꝫ ⁊ ſilueſtre vtrūqꝫ ca. et ſic. in. iij. gra. ſilueſtre tñ calidiꝰ ē. ¶ Pla. Origanū ca. ē ⁊ ſic in. iij. gra. Eſt origanū ſilueſtre qđ latiora hꝫ folia ⁊ fortiꝰ opaꝶ. ⁊ ē domeſticū qđ vbiqꝫ repiꝶ ī hortꝭ: vicꝫ ⁊ ī pratꝭ. ⁊ minuta hꝫ folia. ſuauiuſqꝫ opatur qđ ī medicis pōiꝶ. In tpe pductōis florꝫ colligiꝶ: ⁊ cū floribꝫ ī vmbra ſuſpēdiꝶ ⁊ exiccatur. p annū ſuaꝶ. Fo. cū floribꝫ abiectꝭ ſtipitibꝫ ī medicinis ponūꝶ. ꝟtutē hꝫ diſſoluēdi: attrahēdi: relaxādi: ꝯſumendi. Itē origanū naſcitur in locis cultis inter vepres ⁊ frutices.

Operationes

¶ Dyaſ. Origano ꝟtus ē ca. ⁊ eius elixatura morſibꝫ venenatꝭ occurrit cū vino data. bibita qꝫ cū dulcore pſtat effectuꝫ. ¶ Cōſtā. Origanū vrinā ⁊ mēſtrua puocat. Ventoſitatē ⁊ rugitū ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ expellit. ⁊ maxime ſi ſūt ex groſſis hūoribꝫ aut indigeſtis. ¶ Lūbricos ⁊ aſcarides occidit et expellit ſi ex eiꝰ apozimate poteꝶ. ¶ Maſticatū dolorē dentiū mitigat. ſtomachū ⁊ epar ⁊ pulmonē de groſſis hūoribꝫ mūdat. Cū ficubꝫ ſiccꝭ mādūcatū ſudorē puocat. Corpe ex eiꝰ apozimate loco ſcabiē ⁊ yctericiā ſanat. ¶ Succꝰ eiꝰ cū lacte mulierꝭ auribꝫ diſtillatꝰ dolorē mitigat. ¶ Succꝰ eiꝰ bibitꝰ viridis tumorē faucium ⁊ vue tollit. bibita cū mulſa nigrā colerā p ventrē deponit. Serpētes qꝫ fugat. ventrē temperat. ¶ Macer. Origani vires calide ſicceqꝫ leguntꝶ. Tertiꝰ huic in vtroqꝫ gradu ꝓcedit eſſe. Illiꝰ in vino curat decoctio ſumpta. Quo ſuis peſtiferos morſus ſi ſepe bibatur. Cū mulſa ſumptū pdeſt aconita bibenti Cū multꝭ aliis pōt obſtare venenis. Cōquaſſata iuuat manſum vel ſepiꝰ hauſtū. ydropicos reprimit bibitū: ſiccatqꝫ tumorem ⁊c.



Capitulum. cccxxvj.

O Robus. Palladius li. ij. In menſe februario vltimo ſeritur nō pabuli ſecandi ſed colligendi ſeminis cauſa. Iugerū occupāt modij ſeptē. Serenda ē autē in terra pſciſſa poſt horā tertiā vel ſecūdā. cū ros eſſe deſierit quē ferre nō pōt: ſꝫ ſtatim cooperiēda eſt ante noctē. Nā ſi nuda manſerit hūore corrūpiꝶ noctꝭ. Obſeruādum eſt ne ante lunā. xxv. ſeraꝶ. qꝛ ſic ſatā limaces perſequunꝶ. Iſidorus li. etymologiaꝝ. Herbum a greco traxit vocabulū. hoc eni illi orobū dicunt. Quod cū ſit quibuſdam pecoribus infeſtum: thauros tamen efficit pingues. ¶ Actor. Orobum) vt ſupius diximꝰ) ipſum

est herbū siue heruū. cui⁹ naturā sub herui cū aspiratiōe vel erui sine aspiratiōe noīb⁹ iā ex magna parte superi⁹ locꝫ congruis posuim⁹. nōnulli medicoꝝ nr̄oꝝ illud eē putauerūt orobū qđ nos viciam dicim⁹. Sed Isi. hec posnit p duob⁹. r̄ōz a nōnullis q̄ due species sūt q̄si vni⁹ generꝫ. vna vicꝫ maior q̄ orobū vocat. alia ꝟo minor q̄ vicia ꝛ vulgariter necereon appellatur.

Operationes

A ¶ Dyas. Orobū oīe siue herbū cū pte amaritudinis est calidū. Ideo splenū ac renes et epar purgat. scabies ꝛ empetigies sanat: vulnera quoqꝫ curat: cū melle impositū desiccat
B ¶ Habundanter incidit: aperit: proiicit parotidas: induratosqꝫ testicl'os digerit.
C ¶ Isa ac ī dietꝫ pticularib⁹. Orobū ē ca. in pmo g. sic. i. ij. vn̄ mūdificatiuū ē ꝛ colatiuū. mūdatū corticib⁹ iureqꝫ de ei⁹ farina facto vētrē humectat.
D ¶ Urinā ꝛ mēstrua puocat. cutemqꝫ clarificat. nō tn̄ plimuꝫ asuefiat: ne forte sanguinem mingere faciat.
E ¶ Aliqn̄ p nares sanguinis efficit fluxū. farina ei⁹ cocta cū seposis qđ ē spēs thuris ydropicis ycterícisqꝫ valet.
F ¶ Epata ꝟo cum vino valꝫ sup rabidissimi canis morsū posita.
G ¶ Rursus cū melle tēperata lētiginē mūdificat vulnerib⁹ ꝛ apatib⁹ valet.
H ¶ Itē calculosis magnū ē iuuamētū.



Capitulum. cccxxvij.

Olus latine. arabice sachiliemenie. grece blicoci vel bliton. Serapion li. aggre. cap. Sachiliemenie siue sachalaiamena auct. Gal'. Sachiliemenie: id est olus iamenū omnib⁹ notū. Uirtus ei⁹ est frigida et humida in. ij. gra. Isido. Olus ab alendo dictū est: eo q̄ primū olerib⁹ quondā alerent homīes anteq̄ fruges ederent ꝛ carnes. Tantūmodo eni olerib⁹ alebant: et arboꝝ pomis sicut aīalia herbis. Dicitur olus molle quoddā herbe ortulane gen⁹. ¶ Actor Olus itaqꝫ generaliter dr̄ omīs herba precipue ortulana que in cibū ꝛ alimentū hoīs assumitur. ¶ Unde Isido. Maluam ꝛ rapam: napum ꝛ raphanū: lactucā: pastinacā: cepaꝫ: allium ꝛ silia deputat inter olera. Nihilominus cum appropriato vocabulo dicit olus herba quedam specialis ortulana.

Operationes

A ¶ Auicē. Olus aliameni qđ est ī ipo ſm Dyascoridē medicine virt⁹ oīno nō est. ꝛ est aquosum sicut attriplex qđ saporē nō habet. Et in hoc abūdat plus in oīb⁹ olerib⁹. Est eni vehementioris hūiditatis q̄ lactuca ꝛ q̄ cucurbita. Nutrimētū ei⁹ paucū est. Eius penettratio nō est velox: eo q̄ penit⁹ nitrositate puatū est. Teste Galieno frigidū ꝛ hūidū ē in. ij.
B ¶ Ex eo fit emplastrū calidis apostematib⁹. ꝛ ei⁹ radix malis vlcerib⁹.
C ¶ Succus ei⁹ cū oleo roseo cōfert soda ex adustione solis occidenti. cōfert etiā tussi calide pprie decoctū cū oleo amigdalino ꝛ aqua dulces granati.
D ¶ Sera. auctoritate Dyas. Herba ipa comeditur ꝛ mollit ventrē. ꝛ nō est oīno virt⁹ in ea ex reb⁹ medicinalib⁹: ꝛ habet in se aqueitateꝫ multā plusq̄ omnia alia olera. ꝛ qn̄ fit emplastrum cum ea sup apostemata calida confert. ꝛ sedat sitim ꝛ tussim que fiunt a caliditate. ꝛ ipsum est pauci nutrimenti quando comeditur ꝛ ē tarde penetratiōis.
E ¶ Et idem aucto. Isaac. Qn̄ fit emplastrum cū radice ipsius vlcerib⁹ que dicunt faui a q̄bus emanat humiditas similis melli.
F ¶ Et idem auctoritate Rabix: est fri. ꝛ humidum in secūdo gradu. Humiditas ei⁹ est amplior q̄ humiditas lactuce ꝛ cucurbite. ꝛ substantia eius est aquosa nō habens in se grossiciem. quia cito descendit ꝛ mollit ventrem. ꝛ ideo modice redditur nutrimentū ex eo.
G ¶ Et exprimitur succus folioꝝ ꝛ miscet cum oleo rosarum. ꝛ confert dolori capitis qui accidit a calore solis.

¶ Et qñ coq̄t herba ipa ꝛ ꝓijcit sup ipam oleũ amigdalaꝝ ꝛ succ⁹ maloꝝ ḡnatoꝝ dulciũ ꝯfert tussi sicce q̄ est cũ caliditate ꝛ asperitate pectoꝝ.
¶ Ypocras. Clauos.i.poros pedũ imposito eo liniri ꝛ cõprimi credũt



Capitulum.cccxxviij.

Papauer latine: grece ammone vel miconiũ. ara. charchar. vel cachili vel chaschasi. Sera.li.ag.c. charchar.auc. Dyas. Papaueris multe sũt spẽs. Nã ex eo est domesticũ Et illud est papauer albũ qδ semiat̄ in ortis. cui⁹ capita sunt oblõga. ꝛ semẽ ei⁹ est albũ. ꝛ ex eo est agreste. Et sunt ei⁹ due spẽs. Una ē hñs caput deꝑssum: ꝛ semẽ ei⁹ est nigꝝ. ꝛ istδ vocat̄ papauer rubeũ. Et alia hꝫ caput lõgũ. min⁹ tñ altero. ꝛ noiat̄ seil. ꝛ ex eo est papauer ꝯcussum. eo φ semia ei⁹ eo ꝯcusso cito cadũt. ꝛ illud est papauer nigꝝ. Et ex eo est almulcaran qδ nascit̄ iuxta mare ĩ littoribꝫ. ꝛ illud est papauer cornutũ: qδ hꝫ folia alba similia folijs plante: q̄ dicit̄ flomos. scissa tñ ꝛ summitates altas sicut folia papaueris agrestis. ꝛ stipitẽ similẽ illi⁹ stipiti. Et hꝫ florẽ glaucũ. ꝛ hꝫ semẽ minutũ in vaginis subtilibꝫ ꝛ longis ꝛ curuis sicut cornua. ꝛ sicut hꝫ fenugrecũ. ꝛ ꝓpter hãc causam noiatur Kiratidos ꝛ almicon. ꝛ ei⁹ expositio est cornutũ papauer. ꝛ semen qδ est inclusum in illis vaginis est minutũ nigrũ ꝛ aspeꝝ. Nascit̄ in locis marinis ꝛ asperis. ꝛ latine vocatur memit ꝛc.
¶ Gal. vij. sim. far. c. Micon chirãtes.i. papauer cornutũ noiatũ est quidẽ sicca fructu breuem connexionẽ habente. sicut ꝛ fenugreci. et assimilat̄ cornu bouino. vocat̄ aũt ab aliquibꝫ papauer marinũ. qm̃ vt plurimũ ꝓpe mare nascit̄. Uirtutẽ aũt hꝫ incisiuam ꝛ abstersiuam. Opium aũt qδ ex succo ipsi⁹ fit fri. est in q̄rto. sic. in tertio. Papauer cõponit̄ ab aperio ꝛ vẽto. inde papauer qδ vento magis aperit florẽ. Idem libro vt s̄. Papauer vnũ quidẽ est ixias id est fluidũ noiatũ. eo φ cito ab eo defluũt semina eius. vel q2 ab eo cito defluit flos. Aliud ꝟo est domesticũ quod est ortense ꝛ excolitur. Atuero ꝛ alia duo sunt papauera siluestria vltra hec. vnũ quidẽ q̄si depressam hñs codiam. aliud aũt oblongiorẽ. hoc totũ aũt est oblongius ꝛ aridius. hui⁹ papaueris opos.i. lacticiniũ defluit. Unde ꝛ quidã noiant id fluidũ. ꝟtus aũt omniũ papaueꝝ est infrigidatiua. Sed ortensis quidez qδ ꝛ calachitidam noiant moderate est somniferũ semen aptũ esui ꝓpterea quidẽ ꝛ in panibꝫ miscet̄ id. ꝛ cũ melle ꝑmiscẽtes comedũt. Primi ꝟo cui⁹ cito florẽ defluere diximus: semẽ fortius infrigidat. quocirca nequaq̄ q̇s eo vtit̄ incessanter. sicut eo qδ est ortense. attamen ponũt id in cibis q̇ cũ melle fiũt in nitro ꝛ in panibꝫ. Tertio ꝟo dicti semen nigrũ existens iam farmacosum est sufficienter infrigidãs. Quarto aũt dicti farmacosius omnibꝫ est. ꝛ s̄m semen: ꝛ s̄m codiam: ꝛ s̄m folia: ꝛ s̄m opium.i. eius lacticiniũ vehemẽter infrigidat vsq̄ ad torporẽ ducens ꝛ mortificationem. vnde medici est vti eo: bene miscendo cũ farmacis obtundentibꝫ frigiditatis fortitudinẽ. Est eñ ex quarto ꝛ vltimo infrigidantium.

Operationes.

A ¶ Pandecta cap. cxlvi. Uirtus papaueris domestici dicte speciei est q̄ infrigidat frigiditate forti. ꝛ illud papauer est qδ plus ingreditur in medicinis. Unde qñ papauer simpliciter ponitur in medicinis: illud debet intelligi. vñ valet in medicinis semen eius: folia: capita: ꝛ lac. Uirtus eius est frigida in q̄rto gradu

B ¶ Serapion libro aggre. auctoritate Dyasco. Domestici papaueris semen inducit somnum temperate quãdo puluerisatur cum pane. aut miscet̄ cum melle ꝛ comeditur. sed contusum semen eius infrigidat frigiditate forti. Et gũmi eius papaueris ꝛ succus eius est opium.

C ¶ Sed seil.i. liquidũ ingredit̄ plus in medici-

nis: valet semen eiꝰ: folia: ⁊ lac ipsius. ⁊ virtus eoꝝ est que infrigidat in quarto gradu. et illa est virtus narcotica ⁊ mortificatiua.

D ¶ Et idem auc. Gal. Virtꝰ domestici ⁊ agrest̄ est infrigidatiua. ⁊ ꝓpterea si coquant̄ folia eiꝰ cū capitibꝰ in aqua: ⁊ fundet̄ eiꝰ decoctio super caput facit dormire. ⁊ qñ terunt̄ eius folia cō-tritione forti: ⁊ miscent̄ cum sanich: ⁊ fit inde emplastrū apostematibꝰ calidis ⁊ gerisipile. et datur ex eo in potu non potentibꝰ dormire.

E ¶ Et terunt̄ capita papaueris recentia. ⁊ fiunt trocisci q̄ desiccant̄ ⁊ reponunt̄ ⁊ admistrant̄.

F ¶ Et qñ coquunt̄ capita papaueris in aqua: donec consumatur aque medietas. deinde ad miscetur illi decoctioni mel. et iterum coquitur donec coaguletur. ⁊ fit inde loboc est valde bonum tussi: ⁊ superfluitatibꝰ que descendunt ad cannam pulmonis: ⁊ fluxui antiquo mēstruorum. quando autem admiscemus ei acaciam ⁊ ypoquistidos fit fortius ad hoc.

G ¶ Semen vero nigri papaueris teritur fortiter ⁊ datur in potu cum vino in fluxu ventris ⁊ in cursu humorum antiquo ex matrice. Cauendū tamen est a nimietate vsus eius ne inducat subeth: aut litargiam: aut etiā mortem.

H ¶ Et teritur cum aqua. aut aqua ro. fit emplastrum fronti et temporibus ad nimias vigilias: ⁊ ad dolorem capitis.

I ¶ Et qñ sumit̄ de ipo opio pua q̄ntitas sicut ē granū orobi. facit dormire ⁊ sedat dolorē. ⁊ confert tussi ⁊ fluxui antiq̄. ⁊ decoctio papauer̄ albi qñ abluit̄ cū ea caput facit dormire temperate. ⁊ si aliq̄s vtit̄ eo nimis inducit subeth.

K ¶ Et si sumit̄ in potu ꝯfert morbis qui fiūt ab hūoribꝰ q̄ descendūt a cerebro. q2 repellit eos. ⁊ maxie qñ sumit̄ cū aq̄ pluuie ⁊ vino. ⁊ qñ ex eo sumit̄ q̄ntitas magna facit subeth. et postea occidit ⁊ miscet̄ cū mirra ⁊ oleo ro. ⁊ croco: ⁊ distillatur in aurem. ⁊ ꝯfert apostematibꝰ ca. oculoꝝ. Et qñ dissoluitur cū aceto ꝯfert herisipile.

L ¶ Et qñ miscetur cū lacte mulieris ⁊ croco cō-fert podagre. ⁊ fit ex eo suppositorium paruum ponit̄ in ano ⁊ facit dormire. Est autem vsus opij in collirijs. vt dicit idem Serapion.

M ¶ Dyagoras autem prohibuit vsum eiꝰ in egritudinibꝰ oculorum ⁊ aurium: quoniam debilitabat sua frigiditate membra illa.

N ¶ Anderadas dixit ꝙ nisi adulterat̄ inducit cecitatem quibꝰ intromitteret̄: ⁊ dixit ꝙ iuuamentū eius solum est in odorando faciēs dormire. alijs ꝟo oīnibꝰ modis vsus eius est malꝰ ⁊ piculosus valde. s3 hi omēs errauerūt. q̄niā3 opatio eiꝰ verificat̄ per experientiam.

O ¶ Et idem auctoritate Gal. Papauer cornutum laxat ventrē laxatione leui. vnde abstergit incidit ⁊ dissoluit ⁊ diminuit.

P ¶ Gal. vij. sim. far. ca. micō cataputicos. Radix huiꝰ herbe cocta ī aqua vsq3 ad medietatē epaticos iuuat. ⁊ flo. ⁊ fo. valde sordida ⁊ male morigerata vlcera iuuāt. abscedere aūt ab eis oportet cū iā facta fuerint vlcera mūda. intantū eīn abstergere natura sunt. vt ⁊ ipsiꝰ munde carnis nō derelinq̄t̄ q̄d ꝓpter nāq3 fortitudinē nedū sordes s3 etiā escaras vlceris auferunt.

Q ¶ Aui. Species papaueris sunt infrigidatiue ⁊ nō est in ipo ꝯglutinatio de q̄ sit curandū. et illud q̄dē qđ est nigꝝ: est ingrossatiuū exiccatiuum. ⁊ flos eiꝰ ⁊ folia ꝯferūt multū apostematibꝰ sordidis. ⁊ oportet ꝙ caueat̄ postq̄3 mūdificata fuerint. q2 abstergit abstersiōe forti q̄usq3 dissoluit ⁊ diminuit carnē. ⁊ ipa qđ aufert escaras adustas q̄ sunt ī eis. Et qñ coq̄t̄ radix huiꝰ plante cū aq̄ vsq3 ad ꝯsumptionē medietat̄. et dat̄ in potu decoctio eiꝰ ꝯfert sciatice ⁊ doloribꝰ epatis. ⁊ confert illis q̄ habent in vrinis suis velut telam araneā quoꝝ vrina est grossa.

R ¶ Et semē eiꝰ qñ sumit̄ in potu in q̄ntitate duarum casuf cū mellicrato laxat ventrē laxatiōe leui. ⁊ flos eius ⁊ fo. qñ fit emplastrū cum eis addito oleo auferunt fraudulentiā vlcerum.

S ¶ Sera. auc. Rasis. Opiū ꝯfert fluxui vētris ⁊ vlceribꝰ intestinoꝝ: ⁊ dosis est ab vno dauich vsq3 ad duos. ⁊ q̄ntitas occidēs ex eo est. ʒ. ij.

T ¶ Et dixit si det̄ opiū illis q̄ꝝ ꝟtus dissoluitur ꝓpter vigilias curat eos. eo ꝙ facit dormire. et sic facit reuerti virtutē eoꝝ. Et dixit Gal. in li. de ingenio sanitatis. ꝙ opium mandragora ⁊ iusquiamus desiccant vlcera.

V ¶ Dyasco. cap. de opio. Potest autem opium lacrimas restringere collirijs admixtū: ⁊ circū linitum refrigerare. ⁊ aurium dolorem et totiꝰ corpis mitigare: illa videlicet ratione q̄ somnū facere dicitur.

Dag vnd nacht

Capitulum. cccxxix.

Paritaria latine: ⁊ grece alsmen: aut partemon. aut perdition. aut sideritis. aūt eraclia. aut quia ftri agreste. aut libatiam. aut poliminon. arabice tugregaria. ¶ Pandecta capitulo. xxix. Paritaria siue vt latini aliqui vitriola viridis habet virtutē. et non sicca. folia eius sunt calida ⁊ sicca in. iij. gradu. virtutem habet dyaforeticam. Semen eius est frigidum ⁊ humidū. ¶ Dyascori. cap. Almen siue paritaria herba est que nascitur in tectis aut parietibꝰ. haste sunt illi minute et rufe. Folia similia alinos aspera. ⁊ circa ipsiꝰ hastas semen asperum habens rebꝰ adherens Virtus est eiꝰ semini stiptica ⁊ frigida. ¶ Ga-



lien⁹.vi.sim.far.c. Eliximen. Quidã em̄ perdi
tion nominãt. Alij aũt perthericũ. Alij autez
sidiritem. Sũt autez alij q̃ nominãt hanc era/
cleam. id est aũt semini ei⁹ virtus expurgatiua
leuiter. ꝛ stiptica. frigida ꝛ humida.

Operationes

A
¶ Pandecta.ca.vt̄s. Paritaria in testa calefa/
cta sine liquore loco dolenti supponit̃. vel etiaz
decocta in vino qḋ meli⁹ est. ꝛ cũ furfure ĩ vino
albo aliq̃ntulũ acido multũ ꝑfert. Curat etiã
sic preparata paritaria frigiditatē stomachi et
intestinoꝝ ꝛ dolorem eoꝝ.

B
¶ Cõtra strãguiriã ꝛ dissurriã paritaria ĩ aqua
salsa coquat̃ ꝛ oleo ꝛ cathaplasmet̃. Ipa simi/
liter cocta ꝛ comesta valet contra dolorem sto
machi ꝛ intestinoꝝ ex frigiditate ꝛ ventosita/
te. Et crispelle ex ea facte ꝛ comeste valent con
tra p̄dicta. Ad eos q̃ sanguinē reijciũt parita/
riã tere: ꝛ extrahe succũ ꝛ bibant.

C
¶ Dyas. Semē ei⁹ cathaplasmatibꝫ adhibitũ
ignē sacrũ extinguit. condilomata spargit. cõ/
bustionibꝫ medicat̃. Tumores oĩes compe/
scit. Pustulas emendat.

D
¶ Succus ei⁹ cũ cerusa mixta ignē sacrum ex
tinguit. ꝛ herpetas si vnctus fuerit

E
¶ Et podagricis medicatur cum ceroto cipri/
no aut cum axungia aprino.

F
¶ Succus foliorũ ei⁹ in q̃ntitate ciati vnius
acceptus tussientibꝫ antiquis opitulat̃. Tumo
res faucium gargarismo aut superunctus com/
pescit. Dolorem aurium cum oleo roseo mix/
tus mitigat.

G
¶ Gal. Semen eius sanat vniuersas flegmo/
nes in p̄ncipio ꝛ augmento vsq; ad statum. et
precipue cõbustionibus superplasmat⁹. Sed
ꝛ succus eius igni sacro ꝛ doloribꝫ aurium fleg
monosis conuenit.

H
¶ Succus eius folioꝝ tumores faucium gar/
garismo compescit. Et quidã medicoꝝ. His q̃
longo tempore tussierunt propinauerunt eum
q; autem abstergat euidentem prebet experien
tiam in vitreis vasis.



Creutzbaum

Capitulum. cccxxx.

Palma christi latine. Arabice Nakala.
Serapion li. aggre. ca. Nachala siue
nachla. Diuidit̃ diuisionibus multis
Nam sunt rami eius ꝛ succus ramoꝝ ipsoruz.
ꝛ ciphiliones eius: ꝛ summitates ipsi⁹ sine ca/
cumie. ꝛ cortex cacuminis eius. ꝛ est kafri ꝛ re
cens ex eo immaturũ qḋ est sicut agresta vue
est balach. Idem auctoritate Galieni. Sub/

stantia succi ramoꝝ ⁊ cifilionū ⁊ summitatꝫ est cōposita ex substantia aquosa tepida ⁊ terrea: frigida. sed corticis summitatis substācia est in seipsa siccioꝛ. ⁊ nō est in eo humiditas aliqua. Et sapoꝛ totiꝰ arboꝛis est stipticꝰ. Virtus eius est desiccatiua.

Operationes

A ¶ Pandecta cap. cccccclxij. Cōfert vlceribꝫ putridis. ⁊ stringit iūcturas. ⁊ cōfert coꝛruptioni coꝛpis ⁊ oꝛis stomachi applicata exteriꝰ: aut ī potu sumpta. Sed sedumactinas .i. nucleus siue os dactili. qn̄qꝫ cōburiť in olla sicͭ alie medicine. ⁊ cū extractꝰ fuerit ab igne extinguiť in vino. ⁊ postea abluiť ⁊ poniť loco tucie in collirijs q̄ ponunť in oculo. ⁊ si nō comburunť prima vice comburanť iteꝝ. Et virtus eoꝝ est stiptica conglutinatiua.

B ¶ Quando miscetur cū lardo conuenit vlceribus q̄ fiunt in oculo ⁊ exitui oculi ⁊ casui palpebraꝝ ⁊ incarnat vlcera.

C ¶ Et idem auc. Aben mesuay. Virtus cifilionū est frigida in fine ṗmi gradꝰ. ⁊ sicca in medio eiusdem. Confert acuitati sanguinis ⁊ colere. ⁊ stringit ventrē. ⁊ nutrit nutrimento pauco ⁊ curat doloꝛem stomachi.

D ¶ Et idem auctoꝛitate Rasis. Cifilio sedatꝰ fluxum sanguinis ⁊ colere. ⁊ stringit ventrem. et tarde descendit a stomachi fundo. ⁊ ad eiꝰ descensum iuuat zinziber conditum. ⁊ facit ea q̄ facit kafri. id est summitas ramoꝛū palmi vel coꝛtex summitatū eoꝛum.

E ¶ Galienꝰ. viij. simpli. far. c. Finix arboꝛ. ⁊ est palma. Finix arboꝛ est. id est palma stiptica. participat virtute in om̄ibꝫ eiꝰ partibꝫ. ramoꝛū igiť succꝰ austerus est ex aquosa substantia tepida ⁊ terrestri frigida ꝯsistens. similiter autē huiꝰ nature est. ⁊ vocať cenogefalos .i. cefalionus esibilis existens. Fructꝰ ꝓo eiꝰ ⁊ maxime dulcis. nō pauca participat caliditate. esibilis existens. ad multū ꝑuenit vsum. nō solum extrinsecus appositus vbi cōfoꝛtare quid ⁊ siccare ⁊ ꝯgregare. ⁊ densare ⁊ ꝯstringere indigemꝰ sed etiam assumptus vt cibus simul cum alijs et ipse per se.

F ¶ Quod vero vocatur alacer germen existēs molle palme eandē cū cenogefalo habꝫ virtutem. qđ vero est velut rectia eius stipticam virtutē possidet. siccat aūt plus ṗdictis ceu ⁊ consistentia substantie siccius eis existens ⁊ minime participans humiditate.

G ¶ Unde multi in putridinalibus vlceribꝫ eo vtunť. ⁊ in farmacijs colligentibꝫ laxis articuloꝛum ⁊ epatis ⁊ stomaticis virtutibꝫ extrinsecus. Est autem radix huius plante siccatiue immoꝛdaciter virtutis. habens quid et ipsa stipticitatis.

H ¶ Rabbi moyses ca. de palma. Coꝛ palme auget sperma: ⁊ iuuat ad coitum.

I ¶ Auerrois in suo Colliget. Omnes ṗtes dactili stipticitatē habēt manifestā. Sed fructus eius cū maturus aliquā habꝫ stipticitatē. Coꝛtices ꝓo arboꝛis ṗdicte maioꝛē habent stipticitatē aliq̄bꝫ ṗtibꝫ ipsiꝰ. Pro fructu huius lege supra Dactilus. in cap. cliiij.



Capitulum. cccxxxi.

Palaciū leporis. Ex herbario. Palaciū leporis herba est endiuie similis: nisi ꝙ folia eius magis acuta. radices ipsius saxifrage similia. Floꝛes parue ⁊ semē rotundum: magis tamen q̄ꝫ saxifrage. Nascitur longitudine duoꝝ cubitoꝝ. Aliqui nominant istam herbam domū leporis: siue palaciū leporis: siue herbā leporis. Propterea ꝙ ista herba lepoꝛem a melancolia sua custodit. Nascitur in locis vmbꝛosis siue arenosis.

Operationes.

A ¶ Pallaciũ leporis melãcolicꝫ multũ est conue niẽs. Vinũ decoctiõis ei⁹ valet paraliticꝫ et ad colicã passionẽ ieiune sumptũ.

B ¶ Radix ei⁹ in vino decocta ꝓuocat vrinã. ꝛ bibitũ calculũ frangit. Item potatũ stranguiriã curat. dissintericis multũ ꝓdest radicẽ cũ vino sumptũ. Hec herba melãcolicis magnũ ꝑstat auxiliũ. Radice in collo pendente generat audaciã: tollitq̧ timorẽ. Pallaciũ leporis cum vino decocta q̄r. fe. tollit. ꝛ omĩb⁹ passionib⁹ splenis singulare presidium est.



Capitulum . cccxxxij.

PLantago maior vel arnoglossa vel q̇n q̧ neruia vel lingua arietis latine. grece arnoglossos. Ara. lisen Alba mel. Pandecta c. lxij. Arnoglossa. i. plantago. cui⁹ tres sunt spẽs. Una ẽ feia. cui⁹ folia sũt lata habẽtia q̃si fila in fractura sua. Alia est hñs folia stricta q̄ lanceola vocat̄. ꝛ est mascul⁹. ꝛ hꝫ fila vl' neruos in fractura sua. ꝛ ob id q̇nq̧ neruia vocat̄. ꝛ habent stipitẽ mediũ seminib⁹ plenũ. fri. est ꝛ sic. in. ij. gradu. Est alia species que vocat̄ plantago aquatica. ꝑ q̃ lege barba siluana ¶ Sera. li. ag. c. Lisen. i. lingua arietis. et est plantago. Et subiungit auc. Dyas. dicit̄ autẽ Arnoglossa. ꝛ eius expositio est lingua agni. Ideo q̧ greci arnon agnum vocant: ꝛ glossos linguam. Et dr̄ etiam eptapleuros. id est septẽ costas habens. nam in folijs eius sunt septeꝫ coste ab epta in greco. i. septem ꝛ pleuros costa. q2 habet septem neruositates manifestas ĩ similitudinẽ costarum laterum animaliũ. Cuius due sunt species. Maior ꝛ minor. De minori in sequenti capitulo dicet̄. Maior ꝟo habet virgas asperiores: ꝛ folia lata similia oleribus que comeduntur. ꝛ ꝟga eius est angulosa ad rubedinẽ declinãs. cuius lõgitudo est vni⁹ brachij. sup̲ quã est semẽ in figura sua a medietate ipsius supra. Et habet radices molles et plures. sup̲ quas sunt pili albi vt grossitudo digiti. ꝛ reperitur in locis lapidosis ꝛ humidis ꝛ vallib⁹ ꝛ ortis ꝛ pratis. Et illa quidem maior: est maioris virtutis q̃ȝ minor.

Operationes

A ¶ Galien⁹. vi. sim. far. cap̃. de Arnoglossa siue plantago maior. Hec planta mixte cõplexiõis est. Habet eñ q̇d aquosum frigidũ. habet aũt quid ꝛ austerũ quod est terrestre frigidũ ꝛ siccum quare infrigidat ꝛ desiccat. ꝛ f̄m ambo secunde est abstantie. Quecũq̧ aũt cũ stipticitate farmaca desiccant omnib⁹ malis veteribus vlcerib⁹ ꝛ reumatib⁹ ꝛ putrefactionib⁹ conueniunt. ꝛ ideo etiaꝫ dissinterijs. nam fluxus sanguinis figunt.

B ¶ Et si quod ꝑustum est refrigerant ꝛ consolidatiua simul sunt maloꝝ vlcerum. tam recentium q̃ȝ veterum. In omĩb⁹ aũt hmõi farmacꝭ vel prima vel nulla vltima arnoglossa est ꝓpter ꝓportionem complexionis.

C ¶ Nam ꝛ siccitas participat ꝛ frigiditas non stupefactiue. sꝫ ꝛ fructus eius ꝛ radices ꝯsimilis virtutis sunt n̄ si q̧ sicciores ꝛ min⁹ frigide. sed fructus quidem pl⁹ subtiliũ partiũ est. radices ꝟo pl⁹ grossaꝝ. Ipsa aũt folia herbe desiccate plus subtilium partiũ ꝛ min⁹ frigide sunt virtutis. eius exalata ꝛ euaporata sup̲fluitate aquosa. Ipsaꝝ ꝑterea q̇dẽ ergo radicib⁹ quidam ad dentiũ dolorẽ vtunt̄ masticando. ꝛ lotionib⁹ ipsaꝝ decoctaꝝ ad opilationes ꝛ epatꝭ ꝛ renũ vtunt̄ eis.

D ¶ Sed ꝛ folijs ꝛ multomagis adhuc fructu. Participant enim hec omnia abstersiue virtutis: quantum decet ea f̄m esse. Et in ipsa herba putatur superari: tamen a multitudine humiditatis

E ¶ Pandecta cap̃. vts̄. Arnoglossa. i. plantago vtilis est ad siccandũ vulnera ꝛ mundificãduꝫ putredinem coꝝ. epar ꝯfortat. repugnat sacro igni ne corpus ambiat. valet etiã emorroidib⁹

oēz dolorē q̄ est ex ignis adustione refrigerat.

F ¶ Succ⁹ eius cū albumine oui sumpt⁹ liberat yctericū. vtilis est emoproicis ꝛ dissintericis. ꝛ q̄b⁹ fluūt mēstrua vel emorroide. vulnera pulmonis curat. Radix ei⁹ in aqua cocta dolorē dentiū mitigat: si os ex illa aqua lauet̄. Succ⁹ ei⁹ valet ꝯ opilationē renū. Delet maculas nigras. ꝛ stringit sanguinē. Herba ipa masticata dolorē dentiū tollit. Succ⁹ eius datus q̄rtanario ante duas horas accessiōis ꝓfert. Valet etiā ad vulnera recentia cum axungia.

G ¶ Sera. auct. Gal. Virt⁹ eius est q̄ incarnat. Et ꝓfert vlcerib⁹ corrosiuis omib⁹ ꝛ putredini eoꝝ. ꝛ ꝓpter h̄ ꝓfert vlcerib⁹ intestinoꝝ. ꝛ incarnat fistulas ꝛ alia vlcera antiqua. Et semen ei⁹ ꝛ radix sunt ꝓpinqua huic ꝟtuti: nisi quia sunt sicciora ꝛ fortiora. Et semen eius est multū subtile. ꝛ radix eius est grosse substātie. ꝛ ipa ꝓfert dolori dentiū qn̄ masticatur: ꝛ quādo fit collutio oris cum aqua eius.

H ¶ Et semia q̄dē ꝛ folia ꝛ radix sūt aperitiua opilationis epatꝫ ꝛ renū. ꝓpter abstersionē q̄ est in eis. nisi q꞉ semē ei⁹ est forti⁹ in h̄ satꝫ. q꞉ in omib⁹ istis est ꝟtus q̄ abstergit satꝫ. ꝛ fortasse est ꝟtus in hac herba dū est recens. nisi q꞉ vincit̄ ab humiditate q̄ est in ea. vnde nō est manifesta sua op̄atio ꝓpter suā victoriā humiditatis. ꝛ quando desiccant̄ folia ei⁹ fit virtus ei subtilior ꝛ minus frigida. qm̄ aquosa sup̄fluitas q̄ est in ea resoluitur ꝛ destruitur.

I ¶ Et idem auc. Alexandri. Arnoglossa retinet ventrem quando bibitur: ꝛ fit cristere cum ea: ꝛ confert febribus tertiane et quartane quando bibitur succus eius.

K ¶ Dyas. cap. de arnoglossa. Arnoglossa cathaplasmatib⁹ adhibita sordida vulnera purgat ꝛ reumata siccat. Profluentib⁹ sanguinē occurrit. Maculas nigras ꝛ epictidas curat. ꝛ cicatrices vulneꝝ facile ducit. Semē ei⁹ tunsum ꝛ in puluerē redactū ꝛ vulneri aspersum sanat. Ustionib⁹ singulare p̄sidium est.

L ¶ Morsib⁹ caninis auxiliūꝫ p̄stat. ꝛ tumorib⁹ ꝛ scrofis maxime si cū sale imponat̄. Cocta ꝟo folia ipi⁹ cum aceto ꝛ sale dissinterijs ꝛ ciliacis opitulant̄. maxime si cū lenticula adhibeātur ydropicis cocta succurrit. Epilenticis ꝛ asmaticis ꝓdest accepta. Succus eius vulnera oris purgat gargarismo.

Capitulum. cccxxxiij.

Plātago minor Sera. li. ag. c. Lisen p ꝛ est plantago. Cui⁹ due sunt species scꝫ maior ꝛ minor. De maiori iā dictū est. Sed minor habet folia subtiliora ꝛ minora



ꝛ tenuiora q̄ꝫ folia maioris. ꝛ habet ꝟgam que inclinat̄ versus terrā: multos ramulos habētem. ꝛ flos ei⁹ est croceus. ꝛ semen ei⁹ est in radice lingue. ¶ Dyas. c. Arnoglossos. Eius genera sunt duo. Unū d꞉ polipleuron. Est etiam aliu d꞉ sed min⁹. Minus ꝟo habet minuta folia ꝛ angusta ꝛ lenia. ꝟga ei⁹ multos habet angulos inclinata ad terrā. florem viridem h̄ñs. ꝛ semen super ipsam virgam. Nascitur ꝟo in cardiarijs locis.

Operationes.

A ¶ Dyas. c. de Arnoglossa inq̄t. Minoris plantaginis succus collutioni datur oris ex folijs ꝛ sanguinantes gingiuas curat.

B ¶ Item succus tepefactus fomēto ventris dolorem tollit. Succus bibendus est eis q̄ purulenta reijciūt cum sanguine. In serpētꝫ morsu plantago minor trita cū vino sumit̄.

C ¶ Comesta autem sola vel cum lenticula cocta ꝛ oleo viridi cum aceto dissintericos ꝛ stomaticos curat. Si cui vulnus secus oculum vel nasum natū fuerit: succus eius cum lana molli impositus p̄ dies nouem cūrat.

D ¶ Itē succi ei⁹ coclearīū vnū bibituꝫ lūbricos excludit. silr̄ fac̄ pistura ī vmbilico posita. Si

q̃ duricies ĩ corpe nascit̃ herbã pistatã cũ axun
gia sine sale q̃si malagina impone. Succ⁹ ei⁹
in aq̃ mulsa ante duas horas accessiõis potui
da q̃rtanarijs ⁊ miraberis ei⁹ effectum.

E ¶ Ad podagrã ⁊ omnem neruorꝫ dolorẽ vel tu
morẽ: folia ei⁹ pistata cũ modico sale optimuꝫ
est. vulnera recentia cũ axungia veteri curat sic
⁊ parotidas. Si cui pedes doluerint ex itine-
re cũ aceto imposita tumorẽ ⁊ dolorẽ tollit. Fi
stulas tunsa ⁊ imposita facilime sanat.

F ¶ Om̃es difficultates vesice folia et radix ei⁹
potata fortiter medentur. quia abundãter in
frigidant ⁊ desiccant ⁊ reprimunt. ꝓpter qđ ad
vlcera maligna ⁊ reumatica ⁊ putrida iuuant
Herba ipsa dissintericos iuuat: ⁊ emorroidas
reprimit. Usta infrigidat ⁊ glutinat. desiccat
em̃ absq̃ mordicatione.

G ¶ Semẽ aũt ei⁹ ⁊ radix silia sũt ꝟtute. ꝓpter qđ
sicciora sũt ⁊ min⁹ frigida. Semẽ p̃terea habꝫ
subtiliãdi ꝟtutẽ. folia extenuãdi. radix ĩpinguã
di q̃ masticat̃ in dolore dentiũ. Ad oris etiã la-
uationẽ facit ⁊ epatis ⁊ renum emfrasim.

H ¶ Multi dicunt radicem eius collo suspensaꝫ
scrofas nasci non dimittere. Hec predicta etiã
Serapion refert auctoritate Dyascoridis: licꝫ
per alia verba.



Capitulum. cccxxxiiij.

Platan⁹ arbor. Pãdecta. ca. ccxxvij. Dulb vel baccam arabice. grece suffi
re. latine platan⁹ arbor vel scotanum.
Ubi sciendũ ꝙ scotanũ q̃ in Hispania tingũt
pãni. ⁊ nos vocam⁹ eã barzi. ⁊ est platan⁹ arbor
vt pꝫ ꝑ ꝯcordiã Auicẽne ei⁹ cap̃. cũ Dyas. cap̃.
de platano. ⁊ ꝓfert velut nuces paruas. vt Jo.
serap̃. ca. de dentifrigijs. Item in Dyasco. ẽm
translationem arabicã ca. de Platano. Arbi-
tror platanũ esse dulb. Item Stephan⁹ cap̃.
de platano. Platan⁹ est dulb. Sera. li. ag. cap̃.
Dulb. auctoritate ysaac. Dulb est arbor mag
na extensa. habẽs folia magna similia palme
manus hoĩs similia folijs kerue. nisi quia sunt
minora. quorꝫ sapor est amarus pontic⁹. ⁊ cor
tex ligni ei⁹ est grossus rubeus. Color ꝟo ligni
eius qñ scindit̃ est medius inter glaucedinem
⁊ rubedinẽ. ⁊ habet florem paruũ lenem glauci
coloris. In cuius loco qñ cadit nascit̃ granum
asperũ glaucũ vergens ad руborẽ. puluerulen
tum in superficie sicut granum catapucie. hec
in Hyspania vocatur palma christi. cum qua
ibidem tinguntur panni. similiter folia ei⁹ simi
lantur folijs ellebori nigri. ¶ Gal. vij. sim. far.
cap̃. de Platano inquit. Substantia eius est
fri. ⁊ hu. nõ longe a rebus temperate cõplexio
nis. Dyasco. cap̃. de platano. Platanus habet
virtutem fri. et hu.

Operationes.

A ¶ Galien⁹. Folia eius recentia qñ teruntur et
ponunt̃ sicut emplastꝝ sup̱ apostemata q̃ fiunt
in geniculis: sedat eas sedatione manifesta. sꝫ
corticis eius ꝟtus est q̃ desiccat adeo ꝙ cortex
ip̃e coquit̃ cũ aceto: ⁊ ꝯfert dolori dentiũ.

B ¶ Nux vero eius qñ administratur cũ axun-
gia: confert apostematibus que accidunt a cõ
bustione ignis. Cortex eius qñ cõburit̃ est me-
dicina desiccatiua abstersiua. Confert egritu-
dini cũ qua eleuat̃ cutis ⁊ cinis ei⁹ curat vul-
nera in q̃bꝫ est sordes ⁊ putredo. ꝓpter nimiam
humiditatem existentem in eius loco.

C ¶ Et oportet ꝙ caueatur multum a puluere q̃
est in folijs eius ⁊ in fructu. quia est nociuus
valde canne pulmonis. Ideo qꝛ desiccat mul-
tum et inducit asperitatem. ⁊ nocet voci et lo-
cutioni: ⁊ etiam visui ⁊ auditui: si cadit in auri
bus vel in oculis.

D ¶ Dyas. Emplastꝝ eius sedat apostemata ca-
lida q̃ fiũt in genu. Et qñ cortex eius ⁊ nux ei⁹
cõburunt̃. ⁊ fit emplastꝝ cũ eis ⁊ adipe porci-
na aut arietina ꝯfert vlceribꝫ putridis. Simi
liter ⁊ eius cinis facit solus hoc.

E ¶ Et qñ coquunť folia eiꝰ recentia cum vino. ⁊ fit emplastrū cū eis: ꝓhibet cursum humorum ad oculū. ⁊ resoluit apostemata flegmatica. et qñ cortex coquiť cum aceto: ⁊ fit collutio cum eo: cōfert dolori dentium.

F ¶ Et qñ fructus eius recens bibitur cum vino confert morsibus venenosis. ⁊ quando administratur cū axungia curat cōbustionē ignis. Et puluis folioꝝ eius quando cadit in oculū aut aures nocet multū. Similiter et puluis q̄ est sup fructum eius.

G ¶ Cortex eius cum vino scorpionum ictus restringit. Lanugo foliorum oculis et auribus est inutilis.



Capitulum. cccxxxv.

Paliurus. ysid. Paliurꝰ est herba asperrima ⁊ spinosa. Glosa super Esaiam xiiij. c. Paliurꝰ tanta spinaꝝ circūdatione denscit. vt pro asperitate vix tangi possit. Pliniꝰ li. xiij. Cirenaica regio. lothon preposuit sue paliuro. Fructicosior est hec fructuq̄ magis rubeus. cuius nucleus nō simul manditur. Jocundus p se: atq̄ suauior vino. quin ⁊ vina succo suo cōmendans.

Operationes.

A ¶ Pliniꝰ li. xxiiij. Paliuri quod est genꝰ spine: semen eius afari zuram vocant. Cōtra serpentes efficacissimum est. Item calculosis et tussi folia vim astrictoriā habent.

B ¶ Radix discutit pānos: collectiōes vomicas vrinas trahit potata. Decoctū eiꝰ in vino aluū sistit. Serpentibꝫ aduersať. Radix ꝑcipue datur in vino. Bacce purgationi mulieꝝ ꝓsunt. Ciliacis. dissintericis. colericis ꝓdest: radix decocta ⁊ illita extrahit infixa corpori. Utilissima q̄z tumoribꝫ est ac luxatis.

C ¶ Dyas. Paliurꝰ est q̄ ab alijs acus palearis dr. vel cicer domesticū vocať. Folia eiꝰ ⁊ radix stiptice ꝟtutis sunt. ita vt ventrē fluentē ↄstringant. In h̄ q̄z dyaforetice virtuti ꝑticipāt. vt in vesica lapides frangāt. ⁊ ex torace atq̄ pulmone sputamīa flegmatica cum humore educant Diciť ⁊ lauaria. eo q̄ pleriq̄ ex ea lauant. Semen illiꝰ bibitū tussim cōpescit Lapides vesice frangit. morsibꝫ venenatis occurrit.

D ¶ Eius elixatura bibita ventrē stringit. vrinā ꝓuocat. Uenenis acceptis obuiat. Folia eius vt cathaplasma imposita curant apostemata si sint recentia. radicibus quoq̄ sicut ⁊ folijs est virtus stiptica.

Capitulum. cccxxxvi.



PAstinaca domestica ysidorꝰ dicit: eo ꝙ radix eiꝰ sit ṗcipuꝰ hoīs pastus. Est eñ odoratu iocūda: cibo delectabilis. Palladiꝰ li. iiij. Pastinaca vere serit̃. Primo semine ponit̃ ꝛ plantis loco pingui ꝛ soluto altiꝰ pastinaco. raraqꝫ statuēda est robur accipiat. ¶ Pliniꝰ li. xix. Lignosiora sunt ortulana q̄dā a nobis posita in cartilaginū genere. mirumqꝫ saporis vehementiā oīb⁊ inesse. Ex his vnū est genꝰ pastinace sed agreste qḋ ꝓuenit sponte schaphilinis grece dicitur. Altera ꝓo scꝫ domestica: serit̃ radice vel semine. Primo vere vel autūno vt placet higino Februario. Augusto Septembri Octobri. solo q̄ꝫ altissime refosso vtilis esse incipit anniculā vtilior ȳma. gratior autumno. patinisqꝫ maxime. Et sic q̄ꝫ virtus ei est intractabile. ¶ Sera. li. ag. ca. Lezar. id est pastinaca. Est ex ea domestica et siluestris. Domestica quidem est nota. Et illa habet radicem in longitudine vnius palmi boni odoris: que comeditur.

Operationes.

A ¶ Gal. viij. sim. far. c. Staphilinū. i. pastinaca Domestica q̄dē debilior. siluestris ꝓo fortior est ad oīa. Domestica vrinas mouet: ꝛ mēstrua ꝓuocat. ꝛ tota q̄dē herba. maxie ꝓo semē ꝛ radix Habet āt ꝛ q̄d abstersiuū in se. quocirca ꝛ fagedenosa vlcerꝝ quidem cū folijs viridib⁊ ꝛ melle cathaplasmant aut mūdificant.

B ¶ Et idē in libro de cibis. c. de pastinaca. Radices harꝝ domesticarꝝ comedūt̃. Alimentū q̄dē minꝰ rapis habētes. calefaciūt aūt manifeste. id est in medio secūdi gradꝰ: ꝛ humectāt in primo gradu. ꝛ aliq̄d aromatizans. indigestibilitas q̄dem igit̃ similiter ipsis inest ꝛ alijs radicibus. Vrinatiue aūt sūt. Et si abundat aliquis in ipsarꝝ vsu mali chimi generant̃.

C ¶ Siluestrē pastinacā q̄dā vocāt daucū: magis vrinatiuū q̄dē existentē. magis āt medicinalē iā ꝛ multa decoctiōe indigentē si debeat quis comedere ipm. De illa lege cap. Daucus.

D ¶ Dyasco. Pastinace vis oīs in radice ꝛ semine constituta est. Dissintericis quoqꝫ vetustis vtilis est. Dentes eius radice circūdati creduntur a dolorib⁊ releuari.

Capitulum. cccxxxviij.

PAnis porcinus latine. Arabice Buthormarien. vel alcharincha vel artanita. grece ꝓo leucopodion vel ciclaminꝰ. Ubi sciendū ꝙ Auiceñ. li. ij. c. de Artanita. dicit ꝙ archarincha vel artanita est ciclamen. et est panis porcinus. ¶ Sera. li. aggre.



ca. Buthormarien. Dicit buthormarien. id est Ciclamen. Almansor cap. de Apoplexia. In cristeri nanqꝫ quod facit ponit artanitam et buthormarien. credo ꝙ sit error ī scribēdo. q̄m buthormarien ꝓm Sera. est ciclamen. Et artanita ꝓm Auiceñ. est ciclamen. ¶ Unde Serapion lib. aggre. aucto. Dyasco. Buthormarien. i. ciclamen. ꝛ habet folia similia plante: que dr̄ cissus. i. edera. nisi quia sunt maculata maculis albedini trahentib⁊. ꝛ habet virgam ad nigredinē tendentem sine folijs. cuiꝰ longitudo est quatuor digitorꝝ ꝛ amplius. sup̄ quam est flos similis rose rubeus aut purpureus. et habet radicem nigrā. grossam. rotundā. latam ꝛ ꝑssam simile rape. nascitur in locis vmbrosis. maxime ad vmbrā arborꝝ. Et incidit̃ hec radix ꝛ siccat̃ sicut squilla. ¶ Dyas. ca. de ciclamine ꝓm translationē nostrā. Ciclamē. i. panis porcinus. folia habet similia cissos. ꝛ vario colore picta. inter que sunt et alba folia. tyrsus ei est nudus sine folijs vnius palme. habens in summo flores roseos vel purpureos. cuius radix nigra est. intus vero alba ꝛ grossa et lata sicut rapa. ¶ Galienꝰ. vij. sim. far. c. de Ciclamine. Ciclaminus varius virtute est. etenim abstergit ꝛ incidit ꝛ attrahit ꝛ dyaforat. palam

em̃ est ex actibꝰ q̃ ꝺm partem. Et subdit. Alius
vero ciclaminus: quē quidā Cissanchomium
nominant. eo q̃ odore ⁊ flore assimilatur. Radi
cem inutilem habens. fructũ vero habet ope/
ratiuum sufficienter. ¶ Plinius cap. de cicla/
mine. Ciclamen. id est panis porcinus. in fo/
lijs est simile cissos in figura. Et sunt colore va
ria. radix nigra ⁊ rotunda: in medio depressa.
Est ei tyrsu nudos cum flore purpureo. Est
aliud genus ciclaminis. quod appellant cicla/
temon. folia habet cissos similia: sꝫ minora. ha
stam grossam ⁊ nodosam. que hasta si arborē
proximam habuerit: adheret illi. florem habet
albũ ⁊ odoratũ. semē butruosum ⁊ simile vuis:
⁊ velut cissos. Gustũ habens muscilaginosum
⁊ viscidũ. sed inutile. locis asperis ⁊ aridis na/
scitur. Idem. Ciclamen ca. est ⁊ sic. in. iij. gdu.
qui ⁊ cassamꝰ panis porcinꝰ ⁊ malum terre ap
pellatur. Radix ei tuburosa. que quanto maio
res tanto meliores. sic q̃ ipsa radix recens ⁊ ex/
siccata magnā habet efficaciam. sed recens ma
iorem habet. Debet autem circa finem autum
ni colligi. ⁊ in quattuor partes scindi. ⁊ cũ filo
suspendi. ⁊ parum ad solem ponatur: ⁊ in vm/
broso loco exsiccetur. Habet autem virtutē dis/
solutiuam ⁊ consumptiuam.

Operationes.

A ¶ Pandecta. ca. xiiij. ad emorroidas inflatas ⁊
nō fluentes: sed exteriꝰ apparētes sup aspergat
puluis eiꝰ: vel illiniat ex succo eius si interius
latitāt. iniciāt in modica q̃ntitate p cristere.

B ¶ Ad menstrua puocanda ⁊ matricē mũdifi/
candā triferā magnā resolue in oleo muscelli/
no vel cōmuni. ⁊ buliat in igne cũ ciclamine ⁊
de bombace in h intincta fiat suppositoriũ

C ¶ Contra tenasmonē ex flegmate vitreo succꝰ
radicis eius cum oleo cōmuni in ipso pomo
buliat ⁊ bombix intincta superponatur.

D ¶ Contra vicium splenis. malũ terre in mul/
ta quantitate mundatuꝫ ⁊ contritum. per sex
dies in vino ⁊ oleo moretur: vt ibi marcescant
cuius colature addatur cera ⁊ parum aceti: et
decoquat ad spissitudinem: precedentibꝰ alijs
mollificatiuis. hoc efficax est si postea inunga
tur: vel ex succo eius vel ex puluere. si deest suc/
cus. confice cum oleo ⁊ cera in modũ vnguen/
ti: ⁊ inunge egrum sepe.

E ¶ Contra apostemata ex causa frigida. q̃ non
possunt rumpi pre spissitudine cutis. pomum
ipsum conteratur ⁊ in oleo buliat ⁊ calidum
superponatur aut per exteriora purgabitur.

F ¶ Contra fistulam tenta de radice eius facta
si imponat os amplificat. ⁊ os aliquod si inte
rius fuerit attrahit vt melius cum tenaculis at
trahi poterit. puluis eius carnem superfluam
corrodit. Cōtra polippum puluis eius sup/
aspergat sup stuellum q̃ in naribꝰ ponatur.

G ¶ Dyas. Radix eius cum aqua bibita: flegma
⁊ tumores p ventrē deponit. mēstruis imperat
supposita ⁊ bibita. Et dr̃ si sup radices eius mu
lier pregnans transierit aborsum facit.

H ¶ Diu parturiētibꝰ sub femora posita citiꝰ pa/
rere facit. Cum vino bibita venenis cōtraria
est. quā maxime bibētibꝰ leporē marinũ catha
plasmatibꝰ adhibita morsus venenatos salu/
berrime curat. Vino mixta aut bibita cũ passo
aut cũ mulsa aquata in modum. ℥. iij. ictericos
purgat ⁊ spleneticos. ⁊ si in oleo calido coopti
fuerint vt sudare possint bonum est: quo sudore
inuenies coleram rufam deponere

I ¶ Succus eius melli mixtus et naribus im/
missus caput purgat. Tunsa ⁊ ano supposi/
ta humores deponit. Trita ⁊ vmbilico impo/
sita ⁊ super pectinem ventrem mollit. Catha/
plasmatibus adhibita tumentem splenem at/
tenuat: ⁊ succi eius. ℥. ij. accepte cum modico vi
no hec potissime facit.

K ¶ Galienus. Succus ciclaminis emorroidas
aperit ⁊ puocat violenter ad egestionē in lici/
nio appositꝰ. ita aũt ⁊ cũ his q̃ in sclirata ⁊ scro
fulas: ⁊ oēs alias duricies euaporāt. Opor
tet aũt vt puto esse bibendũ aquā eius vsqꝫ ad
tres. ℥. vel cũ vino dulci vel cum mellicrato. Et
¶ La q̄ fit p sublimationem est multe ꝯforta-tionis. neq3 est resolutiua ꝓpter resolutionem subtilis caliditat3 ei⁹ in decoctiōe ipsi⁹. p al-bas vero nō fit solutio aliq̄ de q̄ sit curandū. ꝛ est in eis de stipticitate plusq̄3 in ru. neq3 sūt similes eis in ꝯfortatione. et cito ꝙ rose non substinēt decoctione aliq̄d oīno: ꝛ ꝓprie recē-tes. soluit̄ enī ab eis virt⁹: sigillans abstersio-nē ei⁹ ꝛ solutionē. ꝛ declarat̄ virt⁹ ei⁹ stipti-ca faciens ꝯstrictionē. ¶ Succus ꝟo ei⁹ substi-net decoctionem aliq̄d mediocriter: ꝛ acq̄rit ei subtilitatē ꝛ bonitatē abstersionis. ¶ Ole-um q̄3 factū ex rosa: nōdū cōplet3 est maioris infrigidaciōis ꝛ stipticitatis. cui⁹ meli⁹ fun-damentū est oleum oliuarū medioꝝ in matu-ritate aut sisaminū. ¶ Acetum autem infusio-nis eius est medicina bona omniū inflāma-tionū. ꝛ est diuisiuū solutione ꝯfortatiuū.

¶ Succus ei⁹ ex aqua infusiōis recentium cōpleta ꝝ solutione educit colerā: mūdificat sanguinem ab ea ꝛ venas ꝛ articulos.

¶ Et conuenit ycteritie: ꝛ aperit opilatōnes epatis et stomachi: et mundificat ꝛ confortat ea: et cōfortat cor: et cōuenit tremori eius: et educit materiam causantem eam ꝛ febribus colericis. Rosa vero ꝛ oleum eius ꝛ aq̄ ipsi⁹ facta per sublimationem cōfortat cor stoma-chum et epar: et coadunat partes laxas mē-brorum. et cōfortat retentionem: et sedat do-lores calidos mira sedatione. ꝛ extinguit ac ꝑmutat malicias inflāmationum: perimit et sedat eas. Et sunt ex medicinis facientibus dormire. faciūt tamen corizam ꝛ sternutatio-nem: et obsunt catarris: et stringūt guttur et confortāt ea: ꝛ auferunt crapulas. Dosis po-tio succi rosarum est ab. ℥. i. vsq3 ad. ij. cū zuc-caro. Et potio syrup. facti ex succo earu3 est ℥. ij. vsq3. v.

¶ Auicenna libro de viribus cordis dicit ꝙ confortat cor.

¶ Palladius libro. iij. in mēse februario rosa-ria cōserenda sunt que sulco breuissimo: aut scrobibus ponēda sūt: vel virgultis vel etia3 semine. Semina aūt rosaꝝ nō putem⁹ medi-os flosculos esse aurei coloris quos rose fe-rūt: sed baccis nutriūt: quas in breuissimi pi-ri ad silitudinē plenas seminib⁹ suis post vin-demiam reddunt. maturas ex colore fusco et molliciei poterim⁹ estimare. Si qua etiā sūt antiqua rosaria hoc tꝑe circūfodiūtur: ꝛ sar-culis vel dolabris aridas vniuersa reciditur. Tunc que rara sunt: possunt ducta virgaru3 ꝓpagine reparari. Si rosam ipsi⁹ habere vo-lueris duabus palmis ab ea gyrum fodies, ꝛ aqua calida bis rigabis in die.

¶ Idem Palladi. Rosa frigida est ꝛ in primo gradu. sicca in secūdo. Et viridis ꝛ sicca cō-petit vsui medicine. Quida3 colligūt ea post maturitatem: sed nō tamdiu seruat̄. Debent autem colligi cum nō habēt folia omnino ex-pansa. ꝛ tamē aliquātulū iam rubea. Collecte autem ad solē aliquātulū desiccari possunt ꝛ ꝑ triennium seruari. ¶ Macer. Dici flos flo-rum nobis rosa iure videtur. Qd̄ speciei cun-ctos precedat odoreq3 flores. Nō tamen hec speci e tm̄ nec odore iuuare. Nos valet hac variīs nos adiuuat illa fidelis. Ei⁹ sicca gra-du vis est ꝛ frigida primo ꝛc̄.



Capitulum. cccxcix.

Rantera vl' Antera. Paul⁹ ca. antera. Antera est id qd̄ in medio ipsi⁹ rose nascit̄ aurei coloris: ꝛ a specie floris dicta est. Usui etiā medicine cōpetūt.

Operationes

¶ Plinius. Capita rosarum pota ventrem et sanguinem sistūt. Item. Ungues rose salu-bres epyforis sunt. Ulcera eni oculoru3 rosa ꝓterq3 initijs sordescunt. Item antera dissin-tericis magnum presidium est.

Capitulum. cccc.





ROstrum porcinum. Pandecta: cap. cccccccx. Rostrum porcinũ herba est longitudinis vni⁹ digiti ꝛ eiusdẽ lateris pandens se sup terram amplectens eã: cuius folia ex vtroqꝫ latere sunt incisa incisuris magnis. ꝛ in ei⁹ medio leuatur stip⁹ paruus: in cuius stipite fit quedaꝫ lanugo rotũda sicut pila. sicut facit herba semision. que cum tangitur dissoluitur.

Operationes.

¶ Confert opilatis. Rostrum coruinum herba est quam plures dicunt consolide speciẽ. Sed falso imo est herba vtcunqꝫ pilosa habens quasi odorem boraginis: ꝛ virtutem cõsolidatiuam in virtute sicut precedens.

Capitulum. ccccj.

RUta latine ꝛ grece. Arabice vero radeb vel alselep. Sera. li. aggre. ca. radeb aucto. Dyas. Radeb. i. ruta. Et est de ea domestica ꝛ siluestris. sed siluestris est magis calida q̃ domestica ꝛ magis acuta. que escis est nõ bona: sed domestica: ꝛ maxĩe illa que orit̃ circa arborẽ ficus: vel circa cucumeres est conueniens cibo. Et aliud genus rute siluestris que nascitur in macedonia ꝛ in galicia asye quã mollicines appellãt. Et aliqui armolam eã vocant. frutex est vna radix virgas multas habens folia latiora plus q̃ domestica sed mollia odorẽ grauem hñtia ꝛ florem albũ ꝛ capita maiora q̃ domestica. et in tribus partibus diuisa. hui⁹ semẽ obrufum et trigonũ gustu amarũ est. Hec in antiq̃ tpe colligitur. Isidorus libro etymo. Ruta dicta est eo q̃ sit feruẽtissima. cui⁹ altera agrestis atqꝫ virtute acrior: sed vtraqꝫ feruẽtissima cõprobat. hanc venenis repugnare mustele docẽt que dum cũ serpente dimicauerint cibo ei⁹ armant. Isaac. Ruta siluestris calida ꝛ sicca in quarto gradu. domestica vero in tertio. q̃ melior est ad digerẽdũ. q꞉ virtutẽ habet incidendi. ꝛ grossos humores ꝛ viscosos extenuandi. Platearius. Est ruta domestica ꝛ siluestris que piganum dicit̃. Hui⁹ folia et semina competunt vsui medicine. Virtutem habent diureticã: dissoluẽdi ꝛ cõsumendi. Hypocras. Ruta calida ꝛ sicca in tertio gradu. Palladi⁹ de agricultura libro quarto. Mense Marcio ruta serit̃ locis apricis. solius cineris inspersione contenta. loca desiderat altiora. vnde humor eius elabitur. si ponas ei⁹ semina adhuc clausa folliculis sigillatim debebis manu afficere. si iam minuta sunt

sparsa iactabis.⁊ rastro obducta cooperies
Caules eius q̇ inclusis seminib⁹ nati fuerint
fortiores erũt:ſʒ sero nascent̃. Ramula ei⁹ cũ
aliqua corticꝫ parte cõuulsi verno tpe ꝓ plan
tis tenebũt:tota ꝟo trãslata morieť. Nõnul/
le ramulos ei⁹ ꝑtuse fabe inserũt vel bulbo
atqꝫ illa obruunt alieno vigore seruandos..
Sub fici arborꝫ vmbra libẽti⁹ acq̇escit. Nõ
effodit herbas ſʒ optat auelli. Immũde mu
lieris formidat attactũ.¶ Pli.li.xix. Ruta
serit̃ fauonio ⁊ ab autũni eq̇noxio.odit hye/
mẽ ⁊ humorẽ ac fimũ.apricis gaudet ac siccꝫ
terraqꝫ q̃ꝫ maxime latericea. Cinere nutriri
vult.hic ⁊ semini miscetur vt careat erucis.

Operationes

A ¶ Gal.vij.sim.far.ca.moli.i.ruta. q̇daꝫ hmõi
rutã siluestrẽ noĩant.q̇dã aũt armolã. Uirt⁹
aũt eius subtilis est ⁊ ca.fm.iiij.gradũ.vnde
⁊ incidit grossos humores: ⁊ dyaforat: et ad
B vrinationẽ ꝓuocat.¶ Et idẽ.viij. sim.far.ca.
pigamũ. Pigamũ.i.ruta. Siluestrꝫ quidẽ ex
q̄rto ẽ gradu calefacientiũ ⁊ siccantiũ.dome
stica ꝟo ex tertio. Est aũt nõ solũ acris gustu
sed etiã amara q̇ incidere ⁊ dyaforare hꝫ gros
sos ⁊ viscosos humores.ꝓpter eandẽ aũt vir
tutẽ ⁊ ꝑ vrinas euacuat.q̇nĩmo et subtilium
C partiũ est ⁊ ventositatꝫ destructiua. ¶ Et id/
circo ad sputatiões ꝯuenit: ⁊ aĩositas q̃ ad
venerea ꝑtinent.⁊ dyaforat ⁊ siccat modera/
te.est enĩ de fortiter desiccantib⁹ farmacis.
Sera.auc. Dyas. Ruta est de reb⁹ magis cõ
D ferentib⁹ inflatiõib⁹ ⁊ ventositatib⁹.¶ Et ipsa
extinguit libidinẽ coitus. Unde domestica
⁊ siluestris sũt ambe calefactiue:adustiue:ꝓ/
uocatiue vrine ⁊ menstruoꝝ.⁊ qñ comeditur
ruta aut bibitur stringit ventrẽ:et qñ sumit̃
in potu ex semine.cuiuscũqꝫ quãtitas vnius
caluf cum vino est medicamen cõferens mul
E tum medicinis mortiferꝫ.¶ Et qñ comedunt̃
folia eius sola aut cũ ficub⁹ siccis et nucib⁹:
auferunt nocumenta medicinarum mortife/
F rarum.¶ Et est vltima medicina cõtra mali/
ciam venenoꝝ:qñ administrat̃ sicut dixim⁹
(⁊ presertim ꝯtra pestilentiã) Et qñ comedit̃
⁊ bibitur ruta semper abscindit sperma. ⁊ qñ
coquit̃ cũ aneto sicco ⁊ sumit̃:sedat torsiões.
⁊ qñ administrat̃ in hunc modũ cõfert dolo/
ri lateris ⁊ dolori pectoris ⁊ asmati ⁊ tussi et
apostemati pulmonis: ⁊ sciatice ⁊ dolori iun
G cturaꝝ ⁊ rigorib⁹.¶ Et qñ coquitur in oleo ⁊
ponit̃ in cristerib⁹ cõfert inflationi matricꝫ:⁊
inflationib⁹ intestinoꝝ: ⁊ dolorib⁹ recti inte/
stini. Et qñ terit̃ ⁊ cõficit̃ cum melle ⁊ linitur
supra collũ matricis cõfert dolori ei⁹ ⁊ suffo
H cationi matricis.¶ Et qñ coquit̃ in oleo ⁊ bi
bitur:occidit ⁊ expellit lumbricos: ⁊ cõficit̃
cum melle ⁊ fit emplastrũ dolori iuncturarũ
⁊ dolori ⁊ ꝯcussione.⁊ fit emplastrũ cum ea et
I ficubus hydropisi carnose.¶ Et qñ coquitur
cum vino vsqꝫ ad ꝯsumptionẽ medietatis vi
ni ⁊ bibitur:confert speciei humide hydropi
sis.⁊ quando comeditur sola siue est aut sal/
lita acuit visum. Et quãdo fit emplastruꝫ cũ
ea cum sauich super oculum: sedat dolorem
K eius.¶ Et quando teritur ⁊ miscetur cum ace
to ⁊ oleo rosarũ ⁊ fit linitio cum eo:sedat do
lorem capitis.⁊ quãdo intromittit̃ in narib⁹
ipa aut succus ei⁹ abscindit fluxum sangui/
L nis ab eis.¶ Et quando admiscetur cum ni/
tro ⁊ fricatur inde morfea alba:confert eam.
⁊ quãdo fit emplastrũ cum ea cũ melle ⁊ albu
M mine suꝑ empetiginẽ confert ei. ¶ Et quãdo
succus rute calefit in cortice granati ⁊ distil
latur in aurem:confert dolori eius:et miscet̃
cum succo feniculi ⁊ melle: ⁊ fit collirium cũ
N eo:et cõfert dolori visus.¶ Et quãdo miscet̃
cum aceto ⁊ oleo rosarũ: ⁊ cõficitur cũ ceru/
sa: ⁊ fit linimentũ cum ea:confert herisipile ⁊
formice: ⁊ vlceribus capitis humidis.⁊ ruta
quãdo masticat̃ post comestionẽ ceparum et
O aliorum aufert fetorem illorum.¶ Sera. Ru
tam venenis resistere mustele docent:que qñ
cum serpentib⁹ dimicature sunt:cibo eius ar
mantur. Docuit etiã rex ponticus: qui cum
fratris sui timeret insidias.rute folia cũ dua
bus nucib⁹ ⁊ totidẽ caricis admixto sale ie/
P iunus acceperat: ⁊ secure cũ eo agebat Agre
stis si sumatur nimis de ipa occidit.¶ Et qñ
ipa colligitur maxime cum ceperit apparere
flos.si carnẽ tetigerit:vlcerat et facit inflare
cũ pruritu.quare oportet q̇ vult eã colligere:
ꝙ vngat man⁹ ⁊ faciẽ cũ oleo rosarũ:et exti/
mauerũt quidã ꝙ si succus ei⁹ asꝑgatur suꝑ
pullos gallinarũ:non comedit eos miluus.
et putant quidam ꝙ illa que nascitur in ma/
cedonia prope fluuium q̇ dicit̃ archimoñ.qñ
comeditur occidit.⁊ loca in quibus nascitur
sunt loca serpentum plena.
Q ¶ Sed semen ei⁹ qñ bibitur cõfert dolorib⁹
intrinsecis.et ipm ingredit̃ in confectionib⁹
medicinarum: ⁊ est iuuatiuum.
R ¶ Et idem auctoritate Ruffi. Ruta domesti
ca est medicina maxia iuuatiua intestinis in/
teriorib⁹:confert visui.⁊ gummi ei⁹ ẽ ca.i fine
tertij gra.sic.in.ij. Curat vlcera oculi quan/
do puluerizatur suꝑ ea.⁊ confert scrofulis q̇
fiunt in gutture et sub ascellis·

Capitulum.cccciij.



Rubus. Pandecta capi. dclxi. sulac arabice. grece batus. latine vero rubus. Et sulac est quedã egritudo: vt dicit Plinius. ¶ Serapion libro aggregatoris capitulo sulac siue suleit. auctoritate Galieni: id est rubus omnibꝫ est notus. folia ei⁹ ꝛ summitates recentes sunt composita ĩ substantia sua ex suba terrea frigida ꝛ aquea tepida. ꝛ sapor ei⁹ est stipticus. ꝛ virtus eius infrigidat ꝛ desiccat. ꝛ scđa cõglutinat.

Operationes.

¶ Galien⁹ sexto simpliciũ farmacoꝝ capitulo batus. fm translationẽ grecaz. Batus: id est rubus. folia q̇dẽ ꝛ cime necnõ flos ꝛ fruct⁹ stiptica participãt q̃litate manifeste. In hoc tñ ad inuicẽ differũt. Nam folia quidẽ ꝛ p̃sertim mollia ꝛ noua plurimũ participantia aquositate modicũ sunt stiptica fm eaz rationem ꝛ sũmitates. Unde masticata curãt alcola ꝛ cetera q̃ in ore vlcera sanant. ꝛ alia vulnera solidare potest. Est enĩ eoꝝ cõplexio ex terrestri ꝛ frigida substãtia et aquosa tepida. Fructus vero quãdo fit matur⁹ particeps est moderate caliditatis. saporis cum sit vt ostẽdimus dulcis. quare ꝑpter hoc necnõ ꝑpter moderatam stipticitatẽ comestibilis non est molestus. Immaturus autẽ a frigiditate terrestri superat substãtia. ꝛ ideo stipticus est et siccatiuus fortiter et vtercꝫ desiccat. ꝛ reponitur desiccatiuior existẽs recente. sed ꝛ flos eiusdeꝫ est virtutis cũ fructu ad dissinterias. ventris q̃ꝫ fluxus necnõ ad sputũ sanguinis idoneũ farmacũ. radix aũt cũ eo qꝫ stipticat: ꝛ nõ pauca subtiliũ partiũ substãtia participat. quãobrem et lapides q̇ sunt in renibꝫ frãgit. ¶ Et Sera. aucto. Dyascoridis. Virtus eius est que curat alcola ꝛ vlcera oris quãdo masticatur. ꝛ curat alia vulnera. ¶ Et decoctio eius tingit capillos. Sed sapor ei⁹ fructus est dulcis. ꝛ est humidus ꝛ calidus. ꝛ immaturus est frigidus terreus. ꝛ sapor ei⁹ ponticus. ꝛ desiccat desiccatione forti. sed floris eius est sicut virtus fruct⁹. ¶ Et cõfert vlceribꝫ intestinoꝝ et fluxui ventris. ꝛ debilitati intestinoꝝ ani. sed radicꝫ ei⁹ est substãtia subtilis. ꝛ sapor eius est stipticus. ꝛ ideo frangit lapidem renũ. ꝛ quãdo fit emplastrũ cũ foliis eius: curat vlcera humida capitꝫ. ¶ Sed rubus canis q̇ grece dicit Kinosbatus nocet decoctio ei⁹ fructus canne pulmonis. ꝛ stringit fluxum menstruoꝝ. Et radix ei⁹ est calidior ipo. de qua si fiat emplastrum extrahit spinas ꝛ alia infixa corpori. ¶ Et qñ fit emplastrũ cũ foliis suis recentibꝫ ꝓhibet apostemata. ¶ Et idẽ aucto. Galieni. Fructus huius plante est stipticus stipticitate forti. et folia eius habẽt stipticitatẽ paucã. ꝛ oportet qꝫ caueatur ab eo qđ intra fructũ est simile bombicino: qꝛ nocet multum canne pulmonis. hãc speciẽ inuenies si leges Kinosbatũ. ꝛ est capitulũ. cxxvi. supra de K. ¶ Dyascorides capitulo batus est oibꝫ notus. Virt⁹ est illi stipticus ꝛ serantica. Elixatura ei⁹ capillos inficit. Ventrẽ abstinet. Fluxũ matricꝫ mulierũ stringit. Morsibꝫ venenatꝫ occurrit. Tutas gingiuas a putredine seruat. Tumores oris cõpescit. maxime si folia ei⁹ cum aceto masticata fuerint. Herpetes mũdãt. acoras capitꝫ purgant. Tumores oculorũ ꝛ cõdilomata soluit. emorroidibꝫ subuenit supposita. stomachis imposita medicat. cardiacis opitulat. ¶ Succ⁹ hui⁹ herbe ꝛ hastaꝝ sole siccat⁹ oia facere nouit. Succus eius seminis maturi oibꝫ causis oris vtiliter adhibetur. Ventrẽ abstiet comest⁹: sꝫ nõ matur⁹. Flos ei⁹ cũ vino bibit⁹ ciliacꝫ ꝛ dissintericꝫ ꝓdest. Flos eius albꝫ: ꝛ est caniculari ortu vigens. Ipse quocꝫ potui dat⁹ cũ vino humoris fluorem cohibet. ¶ Illinit⁹ cũ melle oculoꝝ lippitudinẽ medet atcꝫ igni aceto. Hui⁹ g̃ folia ꝛ flores ꝛ mora leuiter strigũt. vnde aduluã ꝛ fauces ꝓprie vident facere: q̃uis omne pro

L flu͡um idonee stringant. ¶ Folia eius et cime masticata alcola ⁊ alia vlcera curāt in ore. Et plagas glutinant. mora eius matura habent in se mediocriter calorem. Immatura vero sunt frigida: ⁊ terrestrem retinet in se substan-
M tiam. Unde nimis desiccant. ¶ Item puluis ex eo factus sicut est de flore eius plus desic-cat recentioribꝫ: facit nanqꝫ ad dissintericos. ⁊ ad om̄e reuma vētris: ⁊ ad defectionē san-guinē expuētibꝫ. Hic puluis datꝰ vtilissimū
N est medicamē. ¶ Radix aūt eius stiptica ⁊ le-ptomeris est. ⁊ ideo nefreticꝫ data lapides rū-
O pit. ¶ Species bati sūt due. Una cōmunis que dicta est ⁊ q̄ oībꝫ nota est. Altera q̄ appel-lat̄ ydea siue cinosbatꝰ que est rubositatꝫ ma-ioris supradicta. Et est virtutis constrictiue. Eius nanqꝫ mollia germina siue tyrsi contu-sa ⁊ expressa succum dimittūt. qui sub sole re-lictus coquit̄ vsqꝫ ad grossiciem mellis: ⁊ da-
P tur ad ea que supra. ¶ Succus eius cū vino ⁊ melle suprapositus superioribꝫ ꝓdest. Mo-ra cū vino sumpta sapientiā nutrit: vt ab anti-quis dicit̄. leges eam mense Junij ⁊ Julij cū melle ⁊ pane cōtrita apostemata mirifice rū-pit: ⁊ vlcera fraudulenta curat.



Capitulum .cccciij.

Rubea tinctorꝫ. Isidorus. Rubea dic-ta eo ꝙ rubra sit radix eiꝰ. vnde ⁊ lanas colorare ꝓhibet. ¶ Dyascorides. Ru-bea quā alij eritrodanū. latini vero rubeā di-cunt. Herba est oībꝫ nota. Species eiꝰ due sunt. Una videlicet agrestis. Alia vero q̄ vo-cat̄ sarchos: ramulos siue tirsos hn̄s tenu-es ⁊ q̄si nodosos: folia ꝑ interualla distātia: ac ꝑ singulas cōnodationes veluti stellarūꝫ imaginem mittentia. Fructus vel semen eiꝰ rotundū viride: ⁊ hinc rubrū aut circa matu-ritatem nigrū. Radicem habet paruā tenueꝫ pusillam rubicundā. ¶ Pliniꝰ cap. Eritbron quā alij eritrodanū vocant. nos vero rubeaꝫ qua tingunt̄ lane ⁊ pelles ⁊ cetera. Grecꝰ ve-ro eritrodanuꝫ dicit. Nam eritbros rubeus cochinos feniceus rubicundus. exponit̄ de rubea ⁊c̄. ¶ Pandecta capitulo .ccxlviij. Eri-trodanum vel eutradoron vel eritbron vl̄ eri-trodanon grece. Arabice fane vel eita. Lati-ne vero rubea tinctorum. Ubi sciendum ꝙ Dyascorides capit. de rubea dicit: ꝙ rubea siue vt alij eritbrodanum dicunt: ⁊ est de ru-bea domestica. Aliud capitulū inuenit̄ apud Dyascoridem. quod sic habet eritrodanū di-cunt. ⁊ est rubea agrestis. Item ſm veritatē eritrodanum in alia trāslatiōe Dyascoridis. Aut tetron vocant plurimi. Radix est illi in-ficiens. Duo sunt eius genera. Unum agre-ste. Aliud seminatum sicut rauenne italie fu-it locis cultis seminatum. Nam ⁊ ī vijs spon-te nascit̄. Haste sunt illi quadre ⁊ longe aspe-re sicut apparine: sed fortiores ⁊ longiores. fo-lia habentes intra nodos ipos. folia habꝫ si-cut astrum: id est stella in gyro posita. semen eius rotundum est ī primo viride ⁊ postea ru-fum. ⁊ cū maturauerit nigrescit. Et radix eiꝰ longa tenuis ⁊ rufa ⁊c̄. Sed ſm translationē aliā Dyascoridis. Rubea siue vt alij eritro-danum herba est omnibꝫ nota. ¶ Serapion libro aggregatoris capitulo fane. auctorita-te Dyascori. Fane siue faue: id est rubea tin-ctorum. quedā ex ea nascit̄. ⁊ quedaꝫ ex ea se-minatur. ⁊ habet ramos quadratos longos grossos silēs ramis herbe q̄ dicit̄ abarū: nisi quia sunt maiora eis ⁊ duriores. sup ipos sūt folia diuisa adinuicem egredientia iuxta no-dos ⁊ in similitudine stellarum. ⁊ fructus est rotundus: cuius color in principio sue aperi-tionis est viridis. postea vero rubeus. Et q̄n maturus est fit niger. ⁊ quod de ipa admini-stratur sunt vene ipsiꝰ. ⁊ ipe sunt subtiles lon-ge ⁊ rubee. ¶ Galienus sexto simplicium far-macorū capitulo eritrodanū. Eritrodanum est rubea tinctorū radix acerba et amara ſm

gustum. Unde et quod dictũ est de alijs ad-
inuicem sibi hmõi virtutes cõueniẽtes ĩ hac
radice cõspicis. ¶ Paulus ca. de rubea. cali-
da est ⁊ sicca in secũdo gradu. ¶ Auerrois li-
bro Colliget. capitulo de rubea. Rubea cali
da est ⁊ sicca in tertio gradu.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Eridrotanum virtutẽ habet
mictualẽ cũ aceto illinita albis maculis me
detur. Usus etiã eiꝰ ad ea pficit ad que cete-
ra diuretica pficere dicimꝰ. Sed agrestꝭ vir
tus est fm Dyascoridem mictualis diureti-
ca. vnde vrinam ⁊ menstrua prouocat.

B ¶ Galienus. Eritrodanũ splenẽ ⁊ epar expur
gat ⁊ vrinas grossas ⁊ multas. Est aũt qñqꝫ
⁊ sanguinolentas euacuans. qñqꝫ etiã prouo
cat menstra. ⁊ abstergit mediocriter quecũqꝫ
abstersione egent. morfeis quoqꝫ albis cum
aceto peruncta cõfert. quidã autẽ propinãt
eas sciaticis: necnõ paraliticis cũ mellicra-
to. ¶ Auicenna. Rubea tinctorũ est pontici

C saporis: ⁊ abstragit cum equalitate. ponitur
cum aceto super empetiginem: et sanat eam.
similiter ⁊ morpheam albã. ab omni vestigio
mundificat cutem. Bibita cum mellicrato

D confert sciatice ⁊ paralisi. ¶ Ualet etiã pcus-
sioni ⁊ casui succus eiꝰ cũ oximelle. datur ad
apostemata splenis: ⁊ mũdificat epar et sple-
nem. Eorũqꝫ opilationes aperit. ⁊ in hoc eiꝰ p
prietas existit aceti. vehemẽter puocat vrinã
vt qñqꝫ faciat mingere sanguinẽ. Et oportet
qui eam biberit quaqꝫ die balneetur.

E ¶ Supposita menstrua puocat: ⁊ extrahit fe
tum. Eiusqꝫ stipites cũ folijs conferunt mor-

F sui vermiũ venenosoꝝ. ¶ Platearius. Rubea
tinctoꝝ calida est ⁊ sicca in scdo gradu. Uir
tutẽ habet ꝯfortatiuã ex aliquãtula sua pon-
ticitate ⁊ diureticã ex amaritudine. Contra
debilitatẽ stomachi ⁊ epatis ⁊ relaxationem
datur vinũ dectionis eiꝰ. Radix eiꝰ rasa sup
ponitur ad mẽstrua puocanda: ⁊ fetũ mortu-
um educendum. Aqua decoctiõis eius si ca
put inde abluatur capillos reddit rubeos.

G ¶ Constantinꝰ vbi supra. Rubea est in fine p
mi gradus calida ⁊ sicca. habet quoddã ama
ritudinis ⁊ ponticitatꝭ. vñ splenẽ ⁊ epar mun
dificat. ⁊ eius opilationẽ aperit. vrinã ⁊ men
strua puocat. Omniaqꝫ membra corporis a
putredine mũdificat: et morfeam curat. Ad-
hibetur quoqꝫ cũ melle et aqua calida ppter

H ylij dolorem. ¶ Pliniꝰ libro. xix. Rubea tin-
gendis lanis ⁊ corijs est necessaria. Lauda-
tissima est ytalica. ⁊ maxime suburbana. pue-
nit sponte. In medicina morbum regium sa-
nat. Et vrinam eijciet ex aqua mulsa. Folia
quoqꝫ capillum inficiunt. Apud quosdã in-
uenio regium morbum hoc frutice sanari:
etiam si adalligatus spectetur tantũ.



Capitulum. cccciiij.

Saluia latine. Arabice gelisfa-
gos. grece elisfagus. Sera. li.
aggre. ca. Gelisfagos. auctori.
Dyasco. Gelisfagos: id est sal-
uia. Et est arbustũ longum ha-
bens plures ramos. ⁊ lignũ eius ⁊ folia simi
lia folijs citonioꝝ. nisi qꝛ sunt longiora ⁊ stri
ctiora ⁊ rugosa pauca rugositate: sicut est ru
gositas panni postqꝫ abluitr anteqꝫ extendatr
⁊ reponatr. ⁊ color eiꝰ declinat ad albedinẽ. et
habet odorẽ bonũ. ⁊ habet in summitatibꝫ ra
morũ semen simile semini herbe siluestris: q̃
dicitr ormen. Nascitur aũt in locis asperis.
¶ Dyascorides cap. elisfagus siue elilisfagus
fm translationẽ nostrã. Elisfagus: id est sal-
uia. Frutex eiꝰ est oblonga et multas habẽs
virgas quadras ⁊ albas. ⁊ folia silia malici-
donijs: sed oblonga minora et aspera ⁊ albi-
diora et odorata subrugosa. semẽ sup virgas
est simile oĩno agresti. Nascitr locis asperis.
¶ Plinius ca. elisfagus herba est exalbida.
Hasta est ei vasta et quadra. folia aliquatenꝰ

aspera. Potest enim acriter restringere.
Galien⁹.vi.sim.far cap.elissagus. Comple⁊
xio huius herbe est calida caliditate manife⁊
sta ꝛ sufficienti ꝛ parum stiptica.

Operationes

A ¶ Plini⁹. Herba ip̄a facit ad dissintericos. ꝛ
succus folioꝝ ei⁹ capillos generat: ꝛ vrinā ꝓ
B uocat. ¶ Sera. Decoctio folioꝝ ꝛ ramorum
ipi⁹ q̄n bibit̄ ꝓuocat vrinā ꝛ mēstrua: ꝛ expel
lit fetū. ꝛ ꝓfert morsui venenoso strigonis ma
rini: ꝛ denigrat capillos: ꝛ ꝓfert aposteātib⁹.
ꝛ abscindit fluxū sanguis: ꝛ mundificat vlce
ra fraudulēta. ꝛ cū decoctiōe ramuloꝝ ꝛ foli⁊
orū ipsi⁹ fit ablutio. ꝛ sedat pruritū genitaliū
C viroꝝ ꝛ mulieꝝ. ¶ Dyasco. Virt⁹ ei⁹ est diu⁊
retica. Menstruis imperat. Aborsum facit.
Percussum strigonis marini mitigat. Capil
los nigrescit. Est etiā termātica: ꝛ sanguinē
fluentē ex vulnerib⁹ stringit. Sordida vulne
D ra purgat. ¶ Elixatura folioꝝ ꝛ virgaꝝ ipsi⁹
pruriginē nature cōpescit. Est etiā virtutis re
darguētis cū acrimonia. Unde ad dissinteri
am atq̄ muliebrē fluxū (quē greci rigeon vo
cant) facit succus folioꝝ ei⁹. Capillos deni
E grat: ꝛ vrinā ꝓuocat. ¶ Paulus. Vinū deco⁊
ctionis ei⁹ ꝓfert paraliticis bibitū ꝛ cathaplas
F matū sup̄ partē paraliticantē. ¶ Et dicūt ma
gi de saluia q̄ ip̄a putrefacta sub fimo gene⁊
rat̄ auis quedā hn̄s caudā serpentinā ꝛ albaꝫ
merule silis. De cui⁹ cinere si ponat̄ i lampa⁊
G de apparet q̄ dom⁹ sit plena serpentib⁹. ¶ Ex
herbario. Saluia h̄ꝫ folia longa et angusta
subaspera odore suaui ꝛ graui. in locis asperis
nascit̄. Decoctio ei⁹ potata vrinā ꝛ menstrua
mouet. Pastinace marine si quem ꝑcusserint
virus excludit. Sanguinis eruptionē sistit.
H ¶ Plateari⁹. Saluia ca. est in. i. sic. in. ij. solū
folia cōpetūt vsui medicine ꝛ viridia. et sicca
domestica magis cōsumit ꝛ ꝯfortat. Silue⁊
stris aūt magis dyaforetica. Vinū decoctōis
saluie valet paraliticis ꝛ epilenticis. fomētatio
ex aq̄ decoctōis ei⁹ valet ꝯ strāguiriā ꝛ dissin
teriā. Matricē mūdificat. ¶ Plinius li. xxij.
I Herbā nr̄i q̄ nūc sunt herbarij elelisphacon
grece. latini vocāt saluiā mente similem canā
odoratā. hac apposita part⁹ emortuos extra
hūt. Itē q̄ vermes auriū ꝛ vlceꝝ. ¶ Idē in li.
K xxvi. Herba q̄ a q̄busdā appellat̄ saluia silis
verbasco. Cōterit̄ ea ꝛ colata calefit. ꝛ sic ad
tussim laterisq̄ dolores bibit̄. Eadē q̄ ꝯ scor
piones atq̄ dracones marinos efficax ē. Cō
tra serpētes etiā ex oleo pungi ea ꝓdest. Yso⁊
pi fasciculus cū quadrante mellis decoquit̄
L ad tussim. ¶ Macer. Saluia cui nomē elysf⁊
facos est apud grecos. Cum mulsa iecoris ꝓ
dest potata querelis. Pellit abortuꝫ. lociūq̄
mēstrua purgat. Trita venenatos curat sup̄
addita morsus. Crudis vulnerib⁹ que multo
sanguine manant. Apponas tritā dicūt reti
nere cruorem. Cū vino succus tepidus si su⁊
mitur huius. Cōpescit tussim veterē laterisq̄
dolorē. Pruritus vulue curat virgeq̄ virilis
Si foueas vino fuerit quo saluia cocta. Illi
us succo crines nigrescere dicunt. Si sint
hoc vncti cerebro sub sole calenti.



Capitulum. cccc v.

Salix. Isidorus lib. ety. Salix dicta
est: eo q̄ saliat: id est crescat. Arbor lē
ta: vitib⁹ vinciēdis abilis. ¶ Ambro
sius. Salices vident̄ nihil habere seminis.
habent tamē gramē quoddā in folijs quo ter
ris cōmisso tanq̄ semine posito surgat arbor
de surculo: ꝛ tanq̄ seipam exuscitet de semie
suo. ¶ Glosa sup̄ Esaiam. xliiij. Salix est ar⁊
bor infructuosa: sed cito crescit: maxie si iux
ta aquā sit. ¶ Aristoteles in li. de plantis. Que
dam in humido loco. quedā in arido ꝛ q̄dam
in vtroq̄ vt salix. ¶ Idē libro de aīalib⁹. que
dam arbores nō fructificant. Sicut viri pin
gues nō multū spermatisant. Talis ē salix ꝛ
romana nux. ¶ Idē i libro decimosexto. In

aquosis tm̄ proueniūt salices ꝛ alni. longaqꝫ
folia sunt vtriqꝫ inter primas germināt. Cir/
cūagunt salicꝭ folia post solsticiū. nec alio ar
gumēto intelligit certiꝰ sidus cōfectū. Decis
sime vero salix amittit semē anteqꝫ maturita
tē sentiat oīno. ꝛ ob id frugiperda dicta ē ab
homero. Sequēs vero etas scelere suo hāc
sententiā interpꝛtata est ꝙ semen salicꝭ mulie/
ris sterilitatis medicamētū est. Sed in hoc
quoqꝫ nascenti natura ꝓuidit: ꝙ de pacto sur
culo incuriosius semē dedit. Una tn̄ ꝓdit id
maturitatem proferre solita in insula chꝛeta.
¶ Pandecta capitulo. cci. Culefare. Grece
ytre. latine vero salix.

Operationes

A ¶ Sera. li. ag. ca. Culef. i. salix. folia ꝛ flos et
rosa eiꝰ habent in sapoꝛe ponticitatē. et virtꝰ
salicis est desiccatiua sine punctiōe. Coꝛtex
vero ipsiꝰ sicciozis est cōplexiōis. sicut sunt
B omēs species coꝛticis. ¶ Unde admīstrat in
glutinatiōe vlceꝝ. Sed flos ꝛ rosa eiꝰ admi
nistrant ꝛ admiscent in oībꝫ medicinis ꝛ vn/
guentis desiccatiuis. Et sunt ex hoībꝫ q̄ acci
piunt floꝛes ꝛ rosam ꝛ succū ipsiꝰ. ꝛ cōponūt
ex eis desiccatiuā medicinā que ꝯfert in mul
tis: qꝛ desiccat sine moꝛdicatiōe ꝛ ꝓpꝛie: qꝛ in
C ipa est stipticitas pauca. ¶ Et qn̄ cōburūtur
eiꝰ coꝛtices ꝛ ꝯficiunt cū aceto: admīstrātur
in oībꝫ egritudinibꝫ in q̄bꝫ necessaria ē desic/
catio. sicut in verrucis ꝛ ꝓpꝛie in rotundis et
in verrucis similibꝫ capitibꝫ clauoꝝ: ꝛ in ver/
rucis infixis in cute. eradicat eni eas qn̄ sup
D eas fit linitio. ¶ Et qn̄ euellit coꝛtex eiꝰ tpe q̄
emanant floꝛes ꝛ colligit gūmi eius. Habet
hoc gūmi virtutē abstersiuā ꝛ subtiliatiuā. et
ideo administrat in oībꝫ egritudinibꝫ q̄ acci/
E dūt pupille. ꝛ faciūt impedimētū visus. ¶ Et
idem aucto. Pauli. Uirtꝰ folioꝝ ꝛ coꝛticū et
fructus salicꝭ ꝛ succi eiꝰ est stiptica. Et est fri/
F gide ꝛ sicce cōplexionis in ꝑmo gradu. ¶ Et
idem aucto. Bedigar. Quādo bibunt folia
eius trita cū pipere ꝛ vino pauco ꝯferūt coli
cis. ꝛ qn̄ sumit cū aqua ꝓhibet impꝛegnatio/
nē. ꝛ fructꝰ eius ꝯfert sputo sanguinis qn̄ bi/
bitur: ꝛ coꝛtex eiꝰ tritus cū oleo rosaꝝ. si bu/
lierint in coꝛtice granati cōferūt doloꝛi auri
G um. ¶ Et eiꝰ decoctio administrata super pe
des podagricoꝝ ꝯfert eis multū: ꝛ mundifi/
cat furfures capitꝭ. et colligit humiditas ab
ea defluens qn̄ excoꝛiat a coꝛtice suo. qn̄ inci
pit apparere flos eiꝰ. qm̄ reperit intra coꝛti/
cem humiditas ꝯgregata q̄ abstergit oculū.
ꝛ aufert tenebꝛositatē eiꝰ. Pꝛopꝛietas salicꝭ
eiusq̄ extrahit sanguisugas adherētes gut/
turi: et glutinat vulnera recentia. ¶ Et idem H
auctoꝛitate Aben Mesuay. Folia salicꝭ bi/
bita ꝓhibēt impꝛegnationē: ꝛ ꝯferunt fluxui
sanguinis. ꝛ lac qd̄ egredit ex eis acuit visuꝫ
ꝛ abꝛadit pilos. ¶ Et idem aucto. Pauli. In I
folijs salicis ꝛ salice: nō dixit Galienꝰ aliud.
¶ Galienus septimo simplicium farmacoꝛuꝫ K
capitulo ytre. ytre siue salix vtetur quidē ali
quis ꝛ folijs ad sanguinolentoꝝ vulnerū cō
solidationē: sed maxime floꝛe eiꝰ fere omnes
vtuntur medici ad confectionē siccatiui em/
plastri. Est eni vis eoꝝ suauis siccatiua. ha/
bet autem ꝛ quiddam stipticitatis.
¶ Quidā vero ꝛ succum faciētes ex eis im/ L
moꝛdax ꝛ siccatiuū habet farmacū ad multa
vtile. Nihil eni magis occurrit visui q̄ꝫ far/
macum immoꝛdacius siccans parū: sed stipti
cans. sicut in tractatu de cōpositione farma
coꝛum plenius dicet. ¶ Coꝛtex etiā huius ar M
boꝛis similis est tam frondiū q̄ꝫ floꝝ virtuti.
ꝑterq̄ꝫ ꝙ est sicciozꝫ ꝺm cōplexioneꝫ: sed hunc
quidā accēdūt: ꝛ vtuntur cinere in omībꝫ his
que violenter indigent desiccari: sicut sigi/
les ꝛ chiles: id est mirmiceas. auferūt ipsum
madefacientes aceto acri. quidā vero tempe
floꝛendi incidentes coꝛticem. Liquoꝛē siqui
dem colligunt: ꝛ eo vtuntur in obfuscantibꝫ
pupillis. cū sit farmacū abstersiuū simul ꝛ sub
tiliatiuū. cūqꝫ sit huiusmodi poterit eo vti et
ad alia multa. ¶ Palladiꝰ libꝛo tertio. In mē N
se Februario plante salicis obꝛuende sunt: ꝛ
omniū generū que applicantur arbusto.
¶ Dyascoꝛides. Salix est arboꝛ cuius folia O
glutinant vulnera cruenta. Flos etiam eius
sine moꝛdicatione desiccatiuus est. Cuiꝰ ci/
nis cum aceto sup callos pedū inductꝰ eos
tollit. Et similiter verrucas emundat. Flos
eius cū aqua bibitus omnem caloꝛem libidi
nis frigescere facit. ¶ Auicenna. Salicis fo P
lia stiptica sunt sine moꝛdicatione. Et est in
eis exsiccatio sufficiens. Cinis autem eius
vehementis est exsiccationis. Emplastrum
ex eo factum retinet fluxum sanguinis.
¶ Constantinꝰ. Salices frigide sunt in secū Q
do gradu. sicce in ꝑmo. Ualent doloꝛi capi/
tis de caloꝛe si in naribꝫ mittant. Succꝰ eiꝰ
vulnera solidat. Coꝛtex eius vstus ꝛ cū ace/
to temperatꝰ verrucas ꝛ poꝛos aufert. Sed
lac coꝛticis a salicibꝫ floꝛē habentibꝫ eruti vi
sum clarificat. Defectos confoꝛtat oculos.
Succus frondium ꝛ pomoꝛū potatꝰ mulie/
ri vt concipiat non ꝑmittit.

Capitulum. cccc vi.



hollender

Sambucus. Pandecta ca. cccl xxix.
Sciendū ꝙ actis est sambucus: ka-
meactis dͬ ebulus. et sūt plante oībꝫ
note. Vñ versus. Sambucus est actis: sed
ebulus est kameactis. ¶ Sera. li. ag. cap. ka-
meacti. Kameacti due sūt species. q̄ruꝫ vna
grece dͬ actis. in latino sambuc⁹. et scđa no-
minaꝛ in greco kameactꝫ. ꝛ ei⁹ est intētio ter-
ren⁹ actis: ꝛ in latino dͬ ebulus. de q̄ lege ca.
clxxv. supra de E. ¶ Plini⁹. Sambuci due
sunt species. eaꝝ vna assimilaꝛ arboribꝫ habē-
tibꝫ ramos siles cannis rotūdis: q̄rū colorē
ad albedinē: ꝛ sūt longa. ꝛ sunt ī eis q̄ttuor fo-
lia aut q̄nqꝫ porrecta sup ramos q̄slibet. ꝛ si-
milia folijs nucis: minora tñ eis. hñtia gra-
uē odorē. ꝛ in sūmitatibꝫ ramoꝝ sūt flores al-
bi. ꝛ grana silia granis viridibꝫ vel lentiscl. q̄-
rū color declinat ad purpureitatē cū nigredi-
ne. ꝛ sunt velut in racemis. ꝛ hñt multaꝫ hu-
miditatē hñtem odorē lini. ꝛ ista dͬ actis. A-
lia ꝟo species q̄ dͬ kameactꝫ est minor pma.
habet ramos magꝫ ptinētes herbe q̄drato in
q̄bꝫ sūt multi nodi ꝛ folia inuicē distātia. ꝛ sin-
gulis nodis silia folijs amigdalis ī sūmitati-
bus suis: nisi qꝛ hñt venas: ꝛ sūt longiora eis
hñtia grauē odorē. ꝛ in sūmitatibꝫ ramoꝝ sūt
capitella silia coronis supradicte speciei. ꝛ se-
men ꝛ flos silr. ꝛ hꝫ ramos longos grossitu-
dinē digiti habētes. ¶ Isidorus libro etymo-
logiaꝝ. Sambucus ē arbor mollis ꝛ parua.

Operationes

¶ Plini⁹ lib. xvi. Sambuci hñt acinos ni- A
gros ꝛ paruos humores lenti. Inficiēdo ma-
xime capillo. q̄ ꝛ ipi in aqua decocti mādunꝛ
¶ Idem li. xv. Arboꝝ q̄rundā fruct⁹ pedicu- B
lis dependēt vt piri. Alia ꝟo racemis vt ede-
re atqꝫ sambuci. ¶ Idem in li. xvi. Sambu- C
cus germīat inter pmas: ꝛ nudaꝛ inter nouis-
simas. ꝛ ex his q̄ hyeme aq̄la ex oriēte conci-
piūt: ordine nature florēt pme siluestriū sam-
bucus: cui medulla ē plurima: ꝛ coru⁹ cui nul-
la. Sambucus ē arbor diuidua nec ramosa
lentissima. ꝛ ideo scutꝫ faciēdis aptissima. cu-
ius nimirū plaga se ptin⁹ ꝯtrahit: suūqꝫ vul-
nus claudat. ꝛ ob id ꝯtumaci⁹ ferrū trāsmit-
tit. Sambuci atqꝫ rubi generꝫ sunt fungosi.
aliter tñ q̄ꝫ ferule. q̄ppe plus ligni atqꝫ succiē
vtiqꝫ sambuco ex q̄ magꝫ canorā buccināu-
bamqꝫ credit pastor. Ibi cese: vbi galloꝝ can-
tū nō exaudiat frutex ille. ¶ Idē li. xvij. In- D
uentū ē surculos abscisos serere. qđ sepis cā
factū est sambucꝫ ꝛ cotoneo rubisqꝫ depactꝫ.
ad palū vineaꝝ firmissima ē sambuc⁹. talesqꝫ
seriꝛ vt populus. ¶ Aui. Sambucus alba ca- E
lidior est q̄ꝫ citrina ꝛ q̄ꝫ purpurea. Et ē vniuer-
saliter ī tertio calida ꝛ sicca. Est aūt subtilia-
tiua humiditatū. senibusqꝫ ꝯfert ei⁹ oleū. De-
let aūt pannū: ꝛ facit rubedinē ei⁹ odoramen-
tū. ¶ Oleū ei⁹ ꝯfert senibꝫ: ꝛ frigidis neruoꝝ F
egritudibꝫ. Odor ei⁹ facit soda. cū hoc tñ re-
soluit sodā fri. a flegmate odorata. denīqꝫ pu-
rū ei⁹ oleū fluere facit sanguinē ex naribꝫ ca-
lefactū cū ipm odorat. ¶ Constātin⁹. Sam- G
buci ca. sūt in. ij. sic. in. i. dissolutiui ac neruoꝝ
mollitiui sūt: stomachū q̄ꝫ molliūt. vomitū p-
uocant. cathaplasmati māmillaꝝ apostema-
ta sanāt. Sambuceolū q̄ꝫ scabiē ac pustulas
ꝛ apostemata nariū sanat. vulnera clausa ape-
rit: euersaqꝫ ad suā naturā ꝯuertit. auriū dolo-
rē placat. bibitūqꝫ lūbricos ꝛ ascarides fleg-
maticos excludit: ac melācolicos humores
purgat. ¶ Pli. li. xxiiij. Sambuc⁹ hꝫ alteruꝫ H
gen⁹ magꝫ siluestre. qđ greci chameactē. alij
hellon vocāt multo breui⁹: vtriusqꝫ solioꝝ vl
seminis vel radicꝫ decoctū ī vino veteri ꝛ ad
cyathos binos potū stomacho ītutile ē aluo
detrahēs aquā. ¶ Refrigerat etiā inflāmatio- I
nē maxie recentꝫ ambusti. Et canis morsum
cū polenta mollissimis folioꝝ illitꝫ. Succus
cerebri collectiōes leni t infusus. Acini ei⁹ in K
firmiores q̄ꝫ relique capillum tingūt. ¶ Poti

acetabuli mensura vrinam mouent. Ad omnia efficacior est que minor. Radix ei⁹ decocta ac pota hydropicos exinaniũt. Folia in vino pota serpentum ictibus resistunt. ¶ Podagricis cũ sepo hircino vehemẽter prosunt cauliculi illiti. Jdem in aqua macerantur: vt sparsi pulices necentur. ¶ Foliorũ decoctio si locus spargatur musce necant. ¶ Boa appellatur morbus pabularum cũ rubent corpora. sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus ex vino albo potus aluum soluit.



Capitulum. ccccvij.

Sambacus. Pandecta ca. ccclxxvi. Jesemin arabice: ⁊ ambach: grece lẽcoya. latine. sambacus. ¶ Sera. lib. aggrega. ca. iesemin. Jesemin: id est sambac⁹ ⁊ est planta habens album florem. ⁊ quedã citrinum. ⁊ est minus ca. ⁊ sic. q̃ȝ album. ⁊ similiter est min⁹ in operatiõe sua. ⁊ citrin⁹ reperitur in babylonia. Est etiã species alia ex eo cui⁹ flos celestis est coloris. ¶ Et idem auctoritate Aben mesuay. Est calida in pncipio tertij gradus. ¶ Galien⁹ sexto simpliciũ farmacorum cap. de iesemino. sm translationẽ grecã. Sambacb herbe quã iesemin vocant: semen maxie vtile est calefactiue ⁊ desiccatiue: necnõ subtiliũ partiũ virtutis est. Est aũt gustantib⁹ subamarum ⁊ acre et palã. quoniaȝ diureticũ est ⁊ dyaforeticũ. Erit aũt in calefaciẽdo ⁊ siccando tertij gradus intensi. Etiã hoc dicit in sexto hui⁹. et subdit in septimo lencoya id est ieseminũ. tota q̃deȝ frutex abstersiue et subtiliũ partiũ virtutis. magis autẽ participant ea flores. ⁊ horũ sicciores magis viridib⁹ ¶ Auicenna ponit tres species. scilicet albã: citrinã et purpuream. Et est alius sambac⁹ agrestis. de quo supra ⁊c̃.

Operationes

¶ Serapion. Folia ei⁹ humida nõ sicca quã ponuntur super empetiginem et pannum expellunt eos et resoluũt omnẽ superfluitatem ¶ Et cõuenit habentibus catarrum: ⁊ inducit dolorem capitis illis qui sunt calide complexionis. ¶ Et oleum eius est iuuatiuum in hyeme. et si habens calidam complexionem odorem nimium de ipso timendum est ne faciat fluxum sanguinis ex narib⁹ ei⁹. ¶ Et idẽ auctoritate Aben Mesuay. Cõfert humiditatibus et flegmati salso: et senib⁹ frigide cõplexionis. Et confert doloribus qui fiunt ex flegmate viscoso.



Capitulum. ccccviij.

Sandix. Plini⁹ libro.xxv. Sandix ē herba quedam de qua panni tingunt in blaueum colorem.

Operationes

¶ Idem Plinius libro.xxxv. Sandaraca si torreat equa parte rubrica admixta: sandicē facit. Quāq̃ animaduerto Virgilium estimasse id herbam esse versu illo. Sponte sua sandix pascentes vesceret agnos. ¶ Idem in libro.xxij. Sandix in olere siluestri a grecꝫ ponitur sicut Opinio ꝛ Erasistratus tradūt ¶ Decocta ꝓo aluū sistit: ꝛ semine singultus ↄfestim ex aceto sedat. Illinit ambustꝫ vrinā eijcit. Succus decocte ꝓdest stomacho. Jocineri renib⁹ ac vesice. ¶ Hec est quā Aristophanes euripedi poete iocularite obijcit ei⁹ matrē: ne olus quidē legitimū vendicasse sed sandicem. ¶ Dyascorides. Sandix vel scandix calefacit ꝛ desiccat fortiter: ac dyaforeticū est: ꝛ ob hoc merito viscerꝝ purgatiuū est.



Capitulum.ccccix.

Samsucus. Dyascorides. Samsuc⁹ a suculis nominat amaracus. ꝛ est ramosa multas habens virgas sup terram expansas cū folijs paruis atq̃ rotūdis nepite similib⁹ ac velut hircis ꝛ acerrimis,

Operationes

¶ Herba tota est valde amara: vires habens acras atq̃ calefactorias: ad omnē duriciem vel rigorem valde idonea. Medet etiam cathaplasmata siue potata a scorpione vexatꝫ vel difficultati mictus: vel intestinoꝝ tormēto laborantib⁹. ¶ Eius elixatura medetur hydropicis. Urinā ꝓuocat: ꝛ tortiōib⁹ est vtilis Succ⁹ addito melle liuores detergit. Scorpionū ictus cū aceto ꝛ sale cōpescit. laxationib⁹ bene adhibet. Cerotis vtiliter additur. ¶ Omnes tumores corporis ꝛ oculoꝝ spargit: cathaplasmata ꝛ maxime cū polenta imposita. Item apposita solite purgationē materie prouocat in feminis. bene quoq̃ malagmatib⁹ miscetur ꝛ acopis. ¶ Samsucū est in tertio gradu calidū ꝛ siccum. Dolorem capitis ꝛ emigraneam de flegmate ꝛ colera nigra curat: si ex ei⁹ apozimate caput lauet aut narib⁹ applicetur. Dissoluit opilationē ꝛ ventositatem grossam. ¶ Eius apozima bibitū hydropisim stranguiriam ventris dolorē habentib⁹ fit bonū. ¶ Cum melle cathaplasmatum nigredinem in palpebris amputat. et cū aceto morsum scorpionis curat. ¶ Pessarisatum vero menstrua ꝓuocat. lapidem aufert. Epilenticis cōuenit ꝛ paraliticis. Aurib⁹ instillatum dolorem placat ꝛ sonitum.



Capitulum.ccccx.

Saliunca. Dyascorides. Saliūca est gen⁹ herbe que radiculas ꝛ folia habꝫ subrufa: floresq̃ plurimos a terra

re fossa in modū stipularū ꝯstringit. Nascitur aūt in lapidibꝰ sūmis et norica regione. Illa ꝓo optia est ꝙ̄ est odorifera recens ⁊ sine sabulone plurimosq̄ȝ ramulos ⁊ radices habens. pōt ḡ eadē que ⁊ spica ꝗ̄uis deformior sit.

Operationes

a ¶ Plini⁹ li. xxi. Saliunca. Odoramentorū multa nihil attinēt ad coronamenta vt yris atq̄ȝ saliunca. ꝗ̄ȝ vtraq̄ȝ nobilissimi sit odoris.
b ¶ Saliunca quidē foliosa: sed breuis est ⁊ ꝙ̄ necti nō possit: radici numerose coheret. ꝙ̄ herba veri⁹ est ꝗ̄ȝ flos veluti manui pressa. breuiterq̄ȝ sui generꝭ cespes. hanc panonia gignit: ⁊ norica alpiūq̄ȝ aprica vrbiuȝ eporedia tante suauitatꝭ vt metallū esse ceperit. vestibꝰ eam interponi gratissimuȝ est. Cui⁹ radix in vino decocta vomitiōes sistit. stomachumq̄ȝ corroborat.
c ¶ Ex sinonimis. Saliunca intelligūt ꝗdā in medicinis ꝓ ancusa: sed in aurea alexandria recipit ꝓ ea spica celtica.



Capitulum. cccc xi.

Saluina. Pandecta cap̄. viij. Abbel arabice. grece brachi. latine sauina. Sauina est arbor cui⁹ folia sūt similia folijs tamarisci: ⁊ magis spinosa. habent bonum odorem. ⁊ arbor ista crescit magis in latum ꝗ̄ȝ in longum. Est calide ⁊ sicce cōplexionis in tertio gradu. Serapion libro aggregatoris capitulo Abbel: id est sauina. Et sunt eius due species. Una cuius folia sunt similia folijs cipressi. ⁊ magis sunt spinosa ꝗ̄ȝ alia. Habens bonum odorem. et arbor hui⁹ est fortis. ⁊ crescit magis ī amplum ꝗ̄ȝ in longum. Et fructus ei⁹ est sicut zaror. Pro quo lege capitulum. ccix. Iuniperus. Et quidam vtuntur folijs eius ꝓ fumigio. Sed alterius speciei folia sūt similia folijs tamarisci. et sapor eius est sicut sapor cipressi. hec latine vocatur sauina. cui⁹ substantia est subtilis. ⁊ in odore eius est aromaticitas. ⁊ calefacit ⁊ desiccat in tertio gradu. Auicenna libro secundo cap̄. Abbel. Abbel est fruct⁹ arboris similis Iunipero fact⁹ sicut zaror. sed tamē vehementer est niger boni odoris ⁊ acuti saporis. ⁊ ista arbor est ꝑma species sauine: ⁊ posita ꝑ Serapionem. Galienus sexto simpliciū farmacorū de sauina. Brachi siue sauina desiccantibꝰ fortiter est ſm tres sapores: ꝗs in gustando monstrat. equaliter cipresso: nisi inq̄ntum acrior est eo. ⁊ vtvtiq̄ȝ dicat ꝗs magꝭ aromatica. huius ergo ⁊ ipsius qualitatis particeps est videlicet acris. stiptica cōplexione calida. Adhuc autem in amaritudine ⁊ stipticitate debilius est ꝗ̄ȝ cipressus. quantū enim superat cipressuȝ acredine: tanto diminuit in stipticitate. qđ patet ꝙ calidius est cipresso. ⁊ ideo magis dyaforeticū: igitur solidare quidem. nam ꝓpter stipicitatis robur ⁊ caliditatis. intantuȝ enim ambobꝰ his participat: vt iam tensiuum ⁊ inflatiuū existat. putrefactionibus vero cōfert sicut cipressus. ponat autē hoc farmacum in tertia substantia ſm calefacere et siccare ens inter ea. que maxime sunt subtilium partium.

Operationes

a ¶ Gal. Cōtra tenasmonem de frigida causa. Fiat decoctio ei⁹ in aceto ⁊ vino: ⁊ fumū patiens recipiat. Herba ipsa naribꝰ cathaplasmata valet cōtra frigidū reuma. Ponit etiaȝ in vnguentis bene trita cōtra scabiem saniosam. Uinum decoctionis eius valet contra dolorem stomachi ⁊ intestinorū: ⁊ cōtra stranguiriā et dissurriaȝ: sed cathaplasmata valet ꝯtra dolorē yliacū. Est etiā dyaforeticū ⁊ diureticū fomentū ex aqua decoctiōis ei⁹ vel vino. Est aūt sauina ex spēbꝰ iuniperi vt appet in ca. Iuniper⁹. Sera. auc. Gal. Uirt⁹ ei⁹ est que dissoluit ⁊ abstergit putredineȝ vlcerum

putridorum maloꝝ corrodentium antiquorum. ⁊ ipa similiter mundificat vlcera melancolica sordida qñ ponitur cũ melle: et aufert herisipilã. ⁊ ꝓpter causam sue subtilitatis prouocat mẽstrua plus oĩa alia medicia. ⁊ facit mingere sanguinẽ. ⁊ interficit fetũ viuentẽ. et expellit mortuũ: ⁊ ingredit̃ in vnguẽtis odoriferis: ⁊ ponit̃ ꝓ amonio vel cinamomo duplũ ponderꝫ eiꝰ. Et ideꝫ auctoritate Dyascoridis. Folia ambarũ specierũ ꝓhibent dilatationẽ vlcerũ corrodentiũ: et sedant apostemata corrosiua. Et quãdo fit emplastrũ cum eis aufert liuorem cutis et sordiciẽ eius que accidit ꝓpter supfluitates corporũ: et aufert escaram ignis. ⁊ quãdo bibit̃ facit exire sanguinem cũ vrina: ⁊ expellit fetum. ⁊ quãdo ex ea fit nascale facit hoc. Et ingredit̃ in confectionibus vnguentorum calidorum.



Capitulum. ccccxij.

Sandalum. Sandal arabice. Grece ⁊ latine sandalũ. Sera. li. agg. ca. sandal. i. sandalum defertur ex syria. et ẽ album ⁊ ruffum ⁊ citrinuꝫ. Et fri. in. iij. sic. in secũdo. ⁊ meliꝰ ex sandalo est citrinũ pingue post citrinũ rubeũ: ⁊ est magꝭ siccũ citrino. ⁊ post ipm albũ. Et idem auctoritate Albugerig. Album est fri. ⁊ sic. in. iij. gradu. Sed citrinum ⁊ rubeum sunt fri. in. iij. ⁊ sic. in. ij.

Operationes

A ¶ Serapion aucto. Aben mesuay. Confert dolori stomachi ⁊ epatis ex colera. Et rubeũ est frigidius albo ⁊ citrino. ⁊ est magꝭ iuuatiuum. Nam ipm ꝓhibet fluxũ humorũ ad mẽbra. ⁊ est sicut fausel in frigiditate ⁊ siccitate. ⁊ fortificat gingiuas ⁊ stomachum.

B ¶ Et idem aucto. Aben mesuay. Cõfert cardiace cum fe. qñ linitur cũ eis sup cor.

C ¶ Et idem aucto. Isaac benaram. Conueniunt calefactis. ⁊ ꝯferũt debilitati stomachi ⁊ cardiace que accidit a colera qñ terunt̃. ⁊ miscentur cũ aqua rosaꝝ: ⁊ applicant̃ exterius. ⁊ qñ conficiunt̃ cũ aqua rosaꝝ ⁊ pauca camphora ⁊ liniunt̃ inde timpora: confert sode q̃ fit a caliditate.

D ¶ Et quãdo miscetur cũ vna quantitate sandali albi media quantitas sarco collo: ⁊ cõficitur cum albumine oui ⁊ ponitur sup timpora: ⁊ confert sode colerice. Et ꝓhibet descẽsum catarri ad oculum: ⁊ linitur cũ eo in balneo. ⁊ ꝓhibet ardorem psilotri. et sandalum rubeum est frigidius albo.

E ¶ Et qñ miscetur cum succo solatri aut sempuiue: aut portulace: aut lenticula aque. ꝯfert podagre calide ⁊ apostematibꝰ. et ꝓhibet humores ab illis membris. et meliꝰ ex sandalo est citrinũ pingue: ⁊ post citrinum rubeum. ⁊ est magis siccum citrino: postea album.

F ¶ Et idẽ aucto. Albugerig. Albũ ẽ frigidũ i iij. gradu. terit̃ ⁊ resoluit̃ cũ aqua rosarũ et in catarris ca. ponit̃ in fronte ⁊ i stomachis calidis: ⁊ infrigidat ea. ⁊ ꝯfert fe. ca. ⁊ birsen: et stomachi debilitati. sꝫ citrini ⁊ rubei sũt fri. i iij. gra. sic. i. ij. nõ hñtes stipticitatẽ neqꝫ ponticitatẽ rosaꝝ. ⁊ qñ dissoluunt̃ in aqua rosarũ ⁊ ponunt̃ supra stomachũ ꝯferũt fe. acutis et debilitati sto. ⁊ sode que fit a caliditate.

G ¶ Et idẽ auc. Atabari. Rubeũ est frigidiꝰ albo: et liniuntur cũ eo apostemata calida.

Capitulum. ccccxiij.

Satirion. Pãdecta ca. cl. Chasialkel arabice. Grece orchis vl' afrodisia vl' priapismon. latine ꝟo testiculus vulpis vel satirion vel leporina. Serapion lib. aggregatoris capi. Chasialkel siue chasialtheb: id est satirion. Sunt eius duo genera. Unũ hꝫ radicẽ seu testiculos albos. ⁊ vocat̃ Chasialkel. Primum genus satirionis vocatur testiculus canis. ⁊ grece kinosertbis: ⁊ est ei planta que habet folia extensa sup terram prope ipam ⁊ ortus est ex radice vnius stipi-



tis.⁊ folia eiꝰ sunt silia foliȷ̃s oliue:nisi qꝛ sūt subtiliora eis ⁊ longiora suꝑ terrā extensa.et longitudo eiꝰ est vere in longitudine vniꝰ palmi.⁊ florem habꝫ coloris purpurei. radix eiꝰ est similis radici bulbi.nisi qꝛ est tendens ad longitudinem ⁊ subtilitatē. Et est duplex:sicut sunt due oliue ī figura. Una inferiꝰ ⁊ alia superius.⁊ vna plena ⁊ alia vacua rugosa.et comedit̄ radix eius elixata sicut bulbꝰ.et iste dicit̄ satirion quo omēs cōmuniter vtunt̄.et subdit. Secundū vero genꝰ satirionis habꝫ duas species. Una est q̄ vocat̄ arabice chasialhabel siue chasialthalep.i.testiculus vulpis.⁊ vocat̄ similiter catharich.et noiat̄ hoc in greco trifolium.qꝛ plurimū quod de eo nascitur est habens tria folia declināntia versus terrā.⁊ similant̄ foliȷ̃s acetose maiorꝫ. aut foliȷ̃ liliȷ̃:nisi qꝛ sunt minora eis:⁊ ī testiculo suo est rubedo declinans rubedini sanguinis:et habet stipitem subtilem longitudine vnius brachȷ̃.⁊ habet florem similem floribus liliȷ̃ albi in figura.⁊ radix eius assimilat̄ cepe bulbi in figura.⁊ est in magnitudine mali exterius rubei coloris:interius albi sicut ouum.et quod de ipa administratur est radix.

Operationes.

A

¶ Galienꝰ.viȷ̃.sim.far.ca.de testiculo canis ſm trāslationē arabicā. Radix eiꝰ est dulcꝫ.⁊ virtꝰ eius ē ca.⁊ hu.nisi qꝛ in humiditate eius est inflatio suꝑflua:⁊ incitat libidinē.

B

¶ Ibidē ſm translationē grecā. Satirion vł trifoliū humide est ⁊ calide cōplexiōis:q̄ circa ⁊ gustantibꝰ ipm videt̄ dulce et ventosam humiditatē possidere.⁊ ꝑpterea ꝓuocat ad venerea. Hoc aūt ⁊ radix huius herbe efficere nata est:vt quidā scribunt etiā epistotonū sanat cū vino nigro austero bibitum.

C

¶ Et idem ſm trāslationē arabicā de testiculo canis. Radix eiꝰ est duplex similis radici bulbi. Una plena.⁊ sapoꝛ illiꝰ radicꝫ q̄ est plena:est dulcis multe humiditatꝫ et suꝑfluitatꝫ inflatiue.que qn̄ bibit̄ incitat libidinē. Et alia mollioꝛ siue vacua q̄ hꝫ cōplexionē q̄ declinat ad caliditatē ⁊ siccitatē. Et est ī ea humiditas digesta digestione cōpleta.⁊ ideo cōtingit qꝛ cū hoc qꝛ nō incitat coitū facit ꝯtrariū ⁊ abscindit eū.⁊ iste ambe radices comedunt̄ assate sicut comedit̄ radix bulbi.

D

¶ Dyascorides ca.orchis ſm translationem nostrā. Orchis:id est satirion dicit̄ de radice eius qꝛ si vir comedit partē maiorē eiꝰ generat masculos.⁊ si minorē comedit:generat feminam.⁊ qꝛ mulieres partiū italie dant tritam cū lacte caprarū ad incitādum libidinē. et quelibet ipsarum habet operationē cōtrariam alterius quando bibitur.nascitur in locis petrosis ⁊ arenosis.

E

¶ Et idem auctoritate. Archisalie. alia ē species quā nominant quidā sandachias ꝓpter suum iuuamentū magnū.⁊ est herba habens folia similia foliȷ̃s porrorum.nisi quia sunt latiora ⁊ est humiditas in ea q̄ adheret manui: habens hastam longam circa longitudinem vnius palmi.⁊ habet florem purpureum ⁊ radicem similem testiculis.

F

¶ Galienus.viȷ̃.sim.farma.cap.orchis quā ⁊ serapicidam vocant ſm translationē grecā. in sapore istius speciei supple vltime dicte auctoritate Arachisalie ⁊ stipticitas. et virtus eius est sicciox virtute radicꝫ que dicta ē prius.⁊ propter hoc nō ita cōfert in coitu sicut predicta:⁊ desiccatur ⁊ est adhuc sicciox. Uirtus etiam eius est que resoluit apostemata inflata quando ponitur super ea.et mundificat exituras sordidas.

G

¶ Et curat herisipilam.⁊ quando est sicca curat apostemata fraudulenta putrida.et quia in ipsa est stipticitas. retinet ventrem quādo bibitur.

H

¶ Dyascorides. Quando de ista specie fit emplastrum ipsis testiculis resoluit apostemata flegmatica eorum:et mūdifi

cat vlcera et formicã: et aperit emorroidas. Et qñ fit emplastrũ cũ ea sedat apostemata calida. et si administratur sicca ꝓhibet dilatationem vlcerũ: et abscindit putredinẽ eorum: et curat vlcera fraudulẽta q̄ sunt in ore. ¶ Sed sciendũ ꝙ satirion est ca. et humida in ꝑmo. Sed ẽ alia species satirionis q̄ vocatur herba basilica grece. arabice digiti citrini vel buzeiden. latie vero palma cristi. cuius folia sunt similia ꝑme speciei satirionis: sed gratiliora cũ nigris punctis. radix eius brance manus vel palme manus habet similitudinẽ floris crocei cũ vino vel aqua tritum croceanum efficitur.

¶ Oribasius ca. de palma cristi. Venenis resistit. quã qui habuerit: a maleficijs et venenis securus erit. ¶ Aui. li. ij. ca. digiti citrini. eius figura est sicut vola manus cõmixta ex citrinitate et albedine. et est dura in q̄ est pars dulcedinis. et ex ea est citrina cũ parua alteratione atq; albedine. est calida et sicca in scdo. resoluit superfluitates grossas valde. ¶ Et est ei ꝓprietas valde mundificandi cutim. et confert membris neruosis et impedimẽtis suis. et confert manie ꝓprie. et loco eius in iuuamẽto manie ponitur quantũ est medietas eius ex bederagsen cũ duabus tertijs de sep.



Capitulum. cccciiij.

Saturegia latine. Grece Tymbra. arabice Sabanc. Sera. libro aggre. ca. ca. Sabanc. aucto. Dyasco. Sabanc siue sabater est planta omnibus nota. nascitur in locis saxosis et asperis. et ẽ similis thimo. nisi quia folia eius sunt maiora et molliora. et habet spicam plenam floribus: quorũ color vergit ad citrinitatem et viriditatẽ. Et virtus eius est sicut virtus thimi. et administratur sicut thimus. et est ca. et sic. in. iiij. gradu. et ponitur in cibis. Et quedam ex eis sumitur in hortis: et est debilioris operationis q̄ alia. et ipsa est magis conueniens in cibis q̄ acuitas eius est magis remissa.

Operationes

lior est ⁊ vtilior in senecta. tamen respectu oui
um ferox fit anīo. Tempore amoris pugnat
pro vxoribus suis: ⁊ aduersarios cornib⁹ im
petit. ⁊ vt melius pugne: ⁊ fortius contra resi
stentem retrocedit: ac resiliendo cum impe-
tu hostem ferit. De arietib⁹ etiam dicit Aui
cenna. Arietes inquit ⁊ capri vadunt multū
in vnum. ⁊ in hyeme non se abscondunt pro-
pter frigus. ⁊ aliquando exeunt de loco cali
do ad locum frigidum.. ⁊ quando pluit quo-
usq̧ moriantur. ⁊ arietes naturaliter sequun
tur capras: ⁊ quiescunt omnes quousq̧ pa-
stor accipit vnum ex eis: ⁊ facit ipm antece-
dere ⁊ sequuntur alij. ⁊ timent naturaliter to
nitrua sicut oues: que si impregnate fuerint ⁊
audierint tonitrua abortiunt p̄ timore. ⁊ an-
te mediam noctem stant simul cum ouibus ⁊
dormiunt: ⁊ post sparsim. ⁊ in dormiēdo sem
per latus alternant per vices. nam a vere vs-
q̧ ad autumnum dormiunt in vno latere. de-
inde vsq̧ ad ver dormiunt in latere altero.
¶ Jsaac in dictis particularibus inquit: ꝙ
arietes ⁊ capri sicut ⁊ cetera animalia ꝓpriaz
habēt vocē ꝑ quā se clamāt ⁊ vocāt feminas
tpe coit⁹ ⁊ amoris: ⁊ potātes aquā salsaz an-
ticipāt coitū ⁊ citi⁹ mouenẗ ad amorē Et qū
arietes senes mouenẗ citi⁹ ad amorē ⁊ coitū
q̃z iuuenes in tpe determinato signū est bo-
nitatis tpis in anno illo. Et si in illo tpe exci
tentur iuuenes ad amorē signuz est pestis fu-
ture super oues in anno illo. hoc idem dicit
Aresto. ⁊ Auicen. Arestotiles. Jn libia cito
apparēt cornua in capitib⁹ arietum. ⁊ (vt ait
Humerus) cornua sunt etiam in capitib⁹ fe-
minarum arietum. Apud septētrionē ꝓo nō
habēt arietes cornua in quodā loco. Anima
lia que habēt cornua fissuras habēt in vngu
lis naturaliter: vt taurus: ceruus ⁊ aries. Et
vt in plurib⁹ aries dux gregis est. Pastores
enim in grege ponūt arietem vnum rectorē:
sicq̧ docent eum a puericia: ꝙ cum acclama
uerit eum pastor proprio nomīe anteriorat
se. Euscolapius in libro suo. Elephas cū ari-
etem viderit: timet eum ⁊ fugit.

Operationes

A ☞ Jsaac. Arietes habent carnes calidiores
ac min⁹ humidas q̃z sunt carnes ouiū ac du-
riores ad digerendū. Arietes innuētute ma-
nentes mīoris sunt humiditatꝫ ⁊ viscositatꝫ
ꝓpter etatis siccitatem eorum complexioni
dominantē. Jdcirco eorum caro melior est
agnis ⁊ ouib⁹. quia si bene digerūt bonum.
⁊ multū sanguinē generāt. maxime si castra-
ti sunt. quia caliditas ⁊ humiditas eoꝝ tem
porate sunt. vnde boni saporis sunt: nisi qū
sunt decrepiti qui proculdubio pessimi sunt:
⁊ nō castrati sunt eis meliores. Omēs enim
decrepiti ī calore naturaliter defectuosi sūt.
qui defectus ꝓuenit ex etate ⁊ testiculoꝝ in-
digentia. Annuales mediocrem habent cō-
plexionem inter lactantium humiditatem ⁊
iuuenum siccitatem. Jdcirco ceteris arieti-
bus meliores sunt. ⁊ ad digerendum facilio-
res. Sanguinem enim meliorem generant.
⁊ maxime iuuant iuuenes calidam ⁊ siccam
complexionem habētes: ⁊ calidam ⁊ siccam
B regionem inhabitātes. Decrepiti vero (vt di
ctum est) ceterꝫ deteriores sunt. ¶ Auicenna.
Caro arietis adusta linitur vtiliter sup mor-
pheam ⁊ sup empetiginem. Confert etiā mor
sib⁹ serpentum ac scorpionum. Etiam cū vi-
C no canis rabiosi. ¶ Cinis eiusdem confert al
bugini oculi. Arietis pulmo calidus suppo
situs sanat excoriationem calcanei ex calci
D amento. ¶ Esculapius. Arietis liquor qui
E a pulmone decocto distillat tertianas etre-
num morbum in eis natum sanat. ¶ Plini-
us lib. xxix. Jus ex carne arietum valet cō-
tra cancrum. Haly. Arietis fel aurium dolo
ri: qui est ex frigiditate medetur.



Capitulum .iiij.

Aper. Isidor⁹. Aper a ferocitate vocat⁹ est: ablata f littera ꝛ p subrogata. Unde ꝛ apud grecos fragros idē ferus dicit̄. Omne enī quod ferū est ꝛ immite abusiue agreste vocamus. Porci agrestes valde bellicosi sunt tempore coit⁹ ꝛ ingemātur vt coria sua sint eo tempore dura. quia se cū arboribꝫ confricant: ꝛ postea lutū intrant Illudqꝫ desiccant. Hi inde prelianē intantū vtvnus aut ambo moriuntur. Ursus quoqꝫ pugnat cum porcꝭ agrestibꝫ. Est autem aper iracundus ꝛ insipiens: nec bonorum doctrinam morum recipiens. nullaqꝫ mutatio accidit in eo etiam si castretur. Apri quoqꝫ femina castratur. ita ꝙ nō indigeat coitu: vt cito impinguetur: sed pri⁹ biduo cibꝫ probibetur ¶ Plini⁹ li. viij. Apris maribꝫ in coitu ē asperitas plurima. Tunc inter se dimicant arborū attritu costas indurātes seqꝫ luto tergorantes. Femine q̄ꝫ in partu asperiores sunt: ꝛ fere similiter in omni genere bestiarū. ¶ Ex libro de naturis rerum. Aper bestia fortis: nigri coloris. que nullam bonorū morum doctrinam recipit vnq̄ꝫ: sed semꝑ fera ac ferox est. dentes habet magnos ꝛ recuruos incisionibꝫ aptos in quibꝫ hoc mirabile est: ꝙ viua quidem bestia possunt idem ꝙ ferrum. Mortuo vero detracti vim incisionis amisisse ꝓbantur. Hoc animal si mane anteq̄ꝫ mingat a venatoribꝫ impetatur: de facili lassat̄. Si vero ante vel interim dū venatur vrinā fecerit difficulter capture cedit. Uerūtamē etiā lassatū nō cedit: sed in posterioribꝫ subsistit: ꝛ atrocitate rigida lassitudinē dissimilat. duellum offerens venatori. ferire tamen in hominem vel inuadere nō presumit nisi pri⁹ ab illo ictum acceperit. Caueat autem homo sibi: quia nisi primo ictu pungentis cuspidis letale vulnus inter armum ꝛ laterales costas dederit: periclitari de vita poterit nisi forte iuxta ad refugium arborem inueniat quam ascendat: aut in humiliori loco reliqua terre planicie totis membris se premat. auersi enī acre curui dentes ei⁹ quibꝫ quasi quibusdam attrocissimis armis valēt ad inferendā mortem: nō possunt quenq̄ꝫ nisi elatum ꝛ erectū attingere. Sustinebit tamen pedum illi⁹ cōculcationem quousqꝫ sic iacenti a proximo succurratur. Aper cunctas bestias p̄cedit auditu a dextris. Habet os ad modum scuti. qđ venabulis ꝛ machere opponit.

Operationes

¶ Plini⁹ li. xxviij. Apri cerebrū ꝯtra serpentes laudat̄ cū sanguine. Iecur etiā inueteratū cū ruta potū ꝛ vino: adeps q̄ꝫ cū melle resinaqꝫ. Simili modo ꝛ iecur verrinū exemptis dūtaxat fibris q̄ttuor obuloꝝ pondere ꝛ cerebrū ex vino potū. ¶ Item cerebrū apri vel sanguis verendorū medet̄ carbunculis. Iecur ei⁹ litargicos excitat. ¶ In iecure femine apri inueniunt̄ lapilli qui cōtriti ꝛ in vino poti calculos pellūt. ¶ Apri pulmo ebrietatem arcet. Fel aprinum strumas discutit. Auenem quoqꝫ sedat potum. ¶ Idem. Cum adipe pulmo impositus perniones sanat. ¶ Ulcera quoqꝫ serpentia sanat fel aprinum cum resina ꝛ cerusa. ¶ Cinis maxillarū apri sanat vlcera que serpunt. ¶ Idem quoqꝫ confert fractis. Lardū eius elixum atqꝫ circūligatum mira quoqꝫ celeritate solidat ea. ¶ Apri vrina ꝛ ipsa vesica ꝓ cibo sumpta vesice calculorumqꝫ cruciatibꝫ medetur. si prius vtrūqꝫ fumo maceratur. Id in apri vesica si assa mandetur vrine cohibet incontinentiā. ¶ Hydropicis auxiliatur apri vrina vel etiā vesica paulatim in potu data. ¶ Urina quoqꝫ apri in vitro seruata auriū dolori vitijsqꝫ medetur. deniqꝫ tam grauis est apro vrina: vt effugere nō sufficiat nisi egesta. ac ea velut deuict⁹ opprimatur. vnde illa exurieos traditur ¶ Aprini fimi cinis inspersus potioni tepidi vini dissintericis medet̄. Luxatꝭ quoqꝫ valet idem fimus. Uerrisqꝫ spuma recens ex aceto. In fimo quidē suis est vsus efficacior que non peperit. In apris quoqꝫ multum prestantior. ¶ Usus axungie valet ad emol-

liendas excalefaciēdas discutiēdas purgandasq̃ cōfricatis membris itinerum lassitudines. ¶ Ex libro de naturis rerū. Fimus apri recens ⁊ calidus precipuū est remedium contra fluxum sanguinis e naribus.



Capitulum .v.

Asinus. Ex li. de na. rer. Asinus est aīal deforme vile ac despectū. grādi capite. longis ⁊ latis auribꝰ. corpore macilēto: nesciūt impinguari. In humerꝭ stigmata xpi portat crucis. Est ergo asinꝰ aīal mansuetū ⁊ discordie nesciū onerifer: ⁊ nō rebellans sarcinis: etiā vltra q̄ ferre possit sibi impositꝭ. brutū ⁊ irrationale sup oia aīalia. Incessu q̄ꝫ pigrū ⁊ tardū: patiēs et inter ꝟba durissimū: p viā incedens obuiantibꝰ cedere nescit. Post mēses .xxx. coit. sed nisi post annos tres gignit. Spinas libenter comedit. frigidꝰ est naturaliter: ⁊ frigoris impatiēs: maxime tpe ꝯceptꝰ. Ideoq̃ non generant in locis frigidis ⁊ in Scocia ⁊ in regiōibꝰ propinquis: nec in equinoctio sicut coeunt equi sed in estate In terra q̄ꝫ septētrionis q̄ est frigidissima nō inuenit: qm̄ illic viuere nō pōt. Gestat aūt in vtero p annū integrum. Asini pullus aliquantulū decoris hꝫ in iuuentute: sed q̄nto plꝰ senescit tāto turpior fit. Aresto. Asinꝰ hꝫ soleas sicut ⁊ equꝰ: nō hꝫ fel omnino: sed hꝫ sanguinē spissum ac nigrū valde sicut taurus. Asinꝰ ⁊ aīalia cetera magni cordis timida sunt plus oībꝰ aīalibꝰ. Timet frigus: felle caret: spinas comedit quādo molles sunt. multū coit: minꝰ tn̄ q̄ equus. Et si nō inceperit generare post eiectionē posteriorū dentiū nō generabit oīno. Comedit fructus. Herbis pascit ⁊ aqua impiguat. Quāto plus ex aqua bibit: tanto plꝰ eius cibꝰ pficit. Unicū habet ventrē: sicut ⁊ cetera soleas habētia. Infirmat sepe infirmitate que dicit milide. ⁊ est prius in capite. Curritq̃ flegma multū e naribꝰ. ⁊ si descēderit ad pulmonem morit. Actor. Asinus est aīal stolidū tardū ⁊ luxuriosum. Crucē habet in anteriore dorsi parte suū humeros. ⁊ ibi debilior est. In posteriori aūt sup renes ibi fortior est horribiliter clamat. lappas comedit. sonum citare (vt fert) ¶ Ambro. Asinus piger ⁊ ad predam expositꝰ: sensuq̃ tardior. docet nos viuatiores esse debere: nec desidia corpis animiq̃ pigrescere: sed ad fidē cōfugere que onera grauia solet alleuiare. Phisiologus. Asinꝰ est aīal oneriferū mācipiū seruituti addictū respectu multitudinis laborū q̄s sustinet paruꝫ gratie cōsequit. vocē hoīs cōsuetā intelligit. Et nouit iter qđ sepe ambulauit. Cum autē vidit lupum venientem respicit in lumbū: ⁊ sic improuisus a lupo cōprehenditur.

Operationes

A ¶ Auicēna. Asinꝰ sanat lepram. Cōtracti ex siccitate sedent in iure carnis eiꝰ. ⁊ caro etiā eius iuuat. Epar eiꝰ assatū et a ieiuno comestū ꝯfert epilētic. silr̄ ⁊ eiꝰ vngula adusta.
B ¶ Cinis carnis ⁊ epatis eiꝰ cū oleo valet superpositꝭ fissuris frigoris.
C ¶ Itē cinis epatꝭ eius cū oleo valet sup scrofulas.
D ¶ Dicit aūt ꝙ eiꝰ vrina cōfert dolori renū. Urina vero siluestris asini. sicut Galienus ait: lapidē in vesica frangit.
E ¶ Sanguis asini ꝓhibet fluxuꝫ sanguinis variū ex velamine.
F ¶ Adeps eius valet ad vestigia cutis. Urina asini ꝯfert vlceribꝰ ambulatiuis ⁊ humidis ⁊ dolori renū. Stercus eiꝰ in om̄i cursu sanguīs administrat.
G ¶ Odorat quidē ad fluxū sanguinis nariū fortem: ⁊ exp̄mitur humiditas eiꝰ in narē ac retinet.
H ¶ Item stercꝰ asini pascentꝭ siccuꝫ cū vino valde bonū est puncture scorpionis
I ¶ Lac etiā asinarū minꝰ butrosum existens: subtile est ⁊ aquosum. Ualet tussi extenuationi ac sputo sanguinis ⁊ hydropisi ac duriciei splenis.
K Uentrē lenit: ⁊ ethice bonū est. ¶ Fertur etiā ꝙ cū os ex eo colluit: ꝯfirmat dentes ⁊ gingiuā. Nō est aūt cōueniēs habētibꝰ sodā ⁊ vertiginē ⁊ tinitū, ꝓpterq̃ dormire supra ipm. ⁊ vniuersaliter nocet hn̄tibꝰ capita debilia.
L ¶ Esculapius. Sanguis asini cum vino potatꝰ febres quotidianas sanat: tribꝰ vel quattuor guttis illiꝰ datis. Adeps

eius coitū cōmouet. ¶ Splen ei⁹ cū aq̄ tritus ⁊ mamille appositus attrahit lac. ¶ Dyasco. Adeps asinin⁹ dicit cicatrices concolerare Lac ei⁹ ventrē mollit: ⁊ ore receptū dentes gingiuasq̄ ꝯfirmat. Vulneratiōes q̄z vētris ac reumatismū optime curat. Locium ei⁹ bibitū nefreticos sanat. ¶ Haly. Asini pulmo ⁊ pulli ei⁹ si desiccat⁹ terat ac bibitur attractioni spiritus ac tussi ꝓdest. Epar asini domestici si comederit eū epilenticus ꝓdest ei. ¶ Asini fimus si opprimat eo sanguinis fluxus de venarū vel arteriarū incisione amputat eū vel stringit. Pari modo si de aqua ei⁹ instillet naribꝫ sanguinis fluxū patientibus stringit. Omnino lac asine medicaminibꝫ letalibꝫ obest: ⁊ intestinoꝝ vlceribꝫ ꝓdest ac tenasmo. sic quoq̄ ꝓdest lac ouiū sed minus. ¶ Plini⁹ li. xxviij. Anulū ex vngula ⁊ cruribus asini nigredinē nō habentē. si induat epilenticus ꝓhibet ipm ne cadat. ¶ Preterea si domum fumiges asini pulmone mūdas eaꝫ ab omni reptili ac serpente.



Capitulum. vij.

Abane ⁊ alches. Ex libro de naturis rerum. Abane ſm Aristotelem est animal magnitudinem cerui contra consuetudinem omnium animalium habēs sed in auribus simile felli hominis in colore Et est amarum valde causatiuum vehementis ire ferocitatisq̄.

Operationes

¶ Helynādns. Alches ē animal in silua hercinia. harum cōsimilis est capris figura ⁊ varietas pellium: sed magnitudine paulo antecedunt. Mutilia sunt cornibus: ⁊ crura sine nodis articulosq̄ habent. Nec quietis causa ꝓcumbunt: neq̄ quo afflicte casu ceciderint: erigere sese aut subleuare possunt. ¶ His sūt arbores ꝓ cubilibus ad eas se applicant: atq̄ ita paululum reclinātes quietem capiunt. Quarum ex vestigijs cum animaduersum a venatoribus fuerit quo se recipere loco consueuerunt eo loco a radicib⁹ subruunt. vt abscindunt arbores tantum vt summa species vel stipes earum stantium relinquantur. huc cum se cōsuetudine declinauerint: infirmas arbores pondere affligunt atq̄ vna ipa concidunt. ¶ Est alches mulis comparanda: adeo propenso labio supiore: vt nisi recedēs in posteriora vestigia pasci nō queat. ¶ Sangama insula e regione germanie mittit animal quale alches. ⁊ cuius sicut nec elephantis flecti nequeunt suffragines. ¶ Ideoq̄ nō cubat cum dormiendum est: sed somnolentā arbor tantūmodo sustinet que prope casum minatur vt fera ruinam faciat: dum assuetis fulcimentis innititur ita capitur. ¶ Alioān eā mancipare difficile est. quoniā nullo rigore poplicum incomꝓhensibili fuga pollet.



Capitulum. viij.

Anabulla. Antaplon. Aptalo. Aucacinor. ¶ Isidor⁹. Annabulla bestia ē ethiopie. collū bois: vt equus pedes

⁊ crura velut bos. caput vt camel⁹. albas habet maculas. colorẽ rutilũ valde. mẽbra singula distinguentem. Nunq̃ tanto decore sit animal respersum. pellis multum spectabilis carius venditur ad luxũ oculorũ. Antaplon vel aptalos animal simile capriole fetidũ nimis cui non potest homo approximare. Et habet duo cornua acuta valde. q̃si duas falces. ⁊ recuruata sunt. Hoc animal cum sitit: accedit ad eufraten vt bibat. et cum biberit: adit dumetum quoddam vicinũ minutꝫ virgulis ⁊ subtilibus cõsitum. vt ibi quasi ludendo se in illis viminibꝫ cõfricet. Quo fit vt in illis illaquietur: ita q̧ se inde nõ possit auellere. Et tunc vocem magnã emittit. quã cum audit venator irruens in ipm occidit illud.

Operationes

Ex libro de naturis rerum. Aptalon est animal acerrimum. ita vt venator ei nõ possit appropinquare. habet autem longa cornua serre figuram habentia: ita vt possit etiã arbores magnas ⁊ altas secare ⁊ ad terrã deponere. Nunq̃ sitit venit ad flumen eufraten ⁊ bibit. ¶ Est autem frutex que grece dicitur hercinie habẽs virgulta subtilia et prolixa. ad que ludens cornibus suis obligat ea virgultis eius. sicq̧ diu clamans auditur. ⁊ a venatore occiditur. ¶ Aristoteles. Ancacinor est animal equale catulo leuerario. Hui⁹ intelligentia maior est cum est paruus q̃ cũ est magnus.



Capitulum. viij.

Afferato. Affudio. ¶ Auicẽna. Afferati ⁊ alterati. i. saliens ⁊ volans. de hmo qd hic habet afferati in Auicẽna habet cafezati. Serpẽtes sunt parui breues: minuti. q̃ quãq̧ occultant in arboribꝫ insidiantes vt proĳciant se ad trãseuntes. horũ genus vidi. Callidi valde sunt ⁊ ad rubedinẽ declinantes ex eorũ morsu accidit (vt dicit) dolor vehemens ⁊ totum corpus pertransit. ex quo etiam mors accidit. Cura eorum cõmunis est vt cura viperarum.

Operationes

¶ Affudius ⁊ sabrin pro primo in quibusdam originalibus habetur affudius (vt dixerunt sapientes) Sunt duo serpentes arenosa corpora habentes: ⁊ sub capita eorum puncta alba ⁊ nigra. Et quandoq̧ sunt nigri rubei et albi. sup eorum capita sunt squame albe inclse. eorumq̧ incessui strepit⁹ inest. ꝓpter siccitatem corticum ventrium ipsorũ. ¶ Et sunt grauis motus dentium equalium. Horum morsus disrũpit poros ⁊ meat⁹ naturales faciẽs ex eis fluere sanguinẽ. ita q̧ ex angulis etiã oculorũ. ¶ Et cõprimit in sanguine ⁊ sputo sanguinis ⁊ fluxu sanguinis narium ⁊ vomitu ⁊ dolore ⁊ stomacho. ¶ Et dixerũt q̧ loc⁹ apostemat ac denigrat. ⁊ currit ex eo res parua aquosa. ⁊ soluit venter: ⁊ ꝯstringit anhelitus: ⁊ difficultas vrine fit: ⁊ abscõdit vox: et membra mollificant: ⁊ vincit sup corp⁹ dispositio obliuionis: ⁊ accidit spasmus: ⁊ cadunt dentes: ⁊ moritur patiens. Cura aũt eorũ ex parte ꝑxima est cura viperarum.



Capitulum.ix.

Anfibena ꝛ armena. Isidorus. Anfi-bena dicta est: eo ꝙ habeat duo ca-pita. Unũ in loco suo. Alterũ in cauda currẽs ex vtroqꝫ capite tractu corpis circulato. Hec sola serpentiũ frigori se cõmit-tit. ꝑma omniũ ꝓcedens. De qua Lucanus Et grauis in geminũ vergens caput anfibena. huiꝰ oculi lucent veluti lucerne.

Operationes

A ¶ Pliniꝰ li. viij. Anfibene caput est geminũ. Hoc est ꝛ ad caput ꝛ ad caudã: tanqꝫ parũ es-

B set ore vno fundi venenũ. ¶ Iorath. Anfibe-na serpens frigori cõmittit se vigil ꝛ sollicitꝰ de ouis suis valde cũ ea cubat. Nã dũ quedã pars eius dormit: altera tunc vigilat. Et cũ ꝑ semitã incedit: duo capita regit. nuncqꝫ caput anteriꝰ nũc vero posteriꝰ ꝯsequit. Est alius sup calcaneũ ambulans in coitu suo:

C ꝛ sup caudã suã. ¶ Auicẽ. Armene ẽ serpens ꝓprietates habens reguli ꝓprietatibꝫ proxi-mas. nõ enim interficit morsu tm̃ sed visu et sibili sui auditu. Quodcũqꝫ animal mordet: dissoluitur. ꝛ quodcunqꝫ ei appropinquat ex animalibꝫ: moritur. At vero quãtitate dixe-

D runt eum a regulo differre. ¶ Estimauerunt enim ꝙ est ab vno cubito: vsqꝫ ad cubitum ꝛ semis. Et dixerunt ꝙ morsu ab eo nõ cõfert

E aliquid. ¶ Si vero aliquid confert ei: tũc semen papaueris ꝛ castoreũ. Hoc enim iam qͥdam testificati sunt.



Capitulum.x.

Aspis. Isidorus. Aspis dicta est: eo ꝙ morsu venenato interimat. As ei greci venenum dicunt. Huius diuersa sunt genera ꝛ dispares effectus ad nocendũ. Fertur ꝙ aspis cum incantatorem pati ceperit: qui eam quibusdam carminibꝫ euocat: vt eã de cauerna educat. Illa cum exire noluerit: vnam aurem in terram premit: alteram cauda obturat ꝛ operit: ac voces illas magicas non audiens ad incantatorem non exit. Ex generibꝰ aspidum sunt dipsa: ypnalis: emorrois: prester: seps.

Operationes

A ¶ Phisiologus. Aspis si momorderit hominem: statim cum consumit ita vt liquefiat totus in ore serpentis.

B ¶ Glosa sup Iob: xx. Aspis est paruꝰ serpẽs vipera ꝓlixioris est corporis: ꝛ venenũ aspidis cõcite. vipera tardius occidit.

C ¶ Unde scriptum est: Caput aspidum suget ꝛ occidet eum lingua vipere.

D ¶ Andromachus. Aspidis habitatio est in sicco: ꝛ in locis in quibꝫ non est aqua. Et hec est quãdoqꝫ cinericia.

E ¶ Aspis est serpens cerulei coloris cuiꝰ dentes super modum longi sunt: ita ꝙ extra os sicut apro apparent. Morsu venenum imittit ꝛ spargit. vnde ꝛ nomen accepit vtute quorundam verborum. incantatur ne veneno interimat. vel (vt quidã dicunt) vt quieta capi possit. ꝛ gemma de fronte eius auferri que naturaliter in eo nascitur.

F ¶ Auicenna. Aspis est ex serpentibꝫ surdis. hec sicca dicitur propter vehementiam siccitatis sue cutis. et est in quantitate sua inter tres cubitos ꝛ quinqꝫ.

G ¶ Color illiꝰ cinericeus: ꝛ ad citrinitatẽ declinis. oculi eius sunt vehementis luminis: ꝛ interficit a duabꝫ horis vsqꝫ ad tres.

H ¶ Quem autẽ momorderit: alteratur color eius ꝛ stupefit. ac multiplicatur eius singultus: ꝛ infrigidantur membra eius. Palpebre quoqꝫ eius claudũtur: ꝛ ꝓfunde dormit. Ad eius morsionem est iuuatiuum emplastrum cum calce ꝛ melle ꝛ oleo.

I ¶ Plinius libro. viij. Aspidum colla intumescere nullo ictus remedio asseritur. ꝑterqꝫ si partes contacte cõfestim amputentur.

K ¶ Idem in libro.xi. Aspidum dentes in os vergentes sunt ne cibi excidant nulluw habentium adminiculum retinendi: sed duo sũt in superiore parte dextra leuaq; lõgissimi tenui fistula perforati venenum infundentes: vt scorpionum aculei. L ¶ Solinus. Plures varieq; sũt aspidũ species: vt Dypsas. ypnalis: Emorrois: prester. sunt autem ammodate. est ⁊ cenchris: elephantie: chercitra: camedracontes. Monstra hec sibilant: et (vt ferunt) affectus habent nec temare nisi coniuges euagantur.

M ¶ Philosophus. Aspidem Lucanus somniferam vocat. quia vulneratus ab ea summuz morti continuat. Fertur autem sic incantari Demones discurrunt cum verbis ad serpentes: ⁊ infectione interiori hoc faciunt vt serpentes ad nutum eorum moueantur: ac sine lesione tractabiles exhibeantur.



Capitulum.xi.

Aranea. Isidorus libro.xij. Aranea vermis est aeris ab aeris nutrimento nominata: que exiguo tempe longa fila deducit: ⁊ tele semper intenta nũq; desinit a labore: perpetuumq; sustinet ĩ suo opere dispendium. quia sepe ad modicum flatuz venti aut pluuie stillicidium rumpit tela sua. tunc totaliter perdit laborem suum. Auicenna ait: ꝙ aranea est modicum animal reptile multipes: sex vel octo habens pedes: q̃s semper habet pares ⁊ nunq; impares. ⁊ hoc fuit necesse vt semper esset eius incessus equus sicut ⁊ ipm onus. ⁊ hoc est generale in habentibus duos vel plures pedes. habet autẽ aliquos pedes longiores ⁊ quosdam breuiores propter diuersas quas facit operatiões. naz cum quibusdam fila subtiliat ⁊ in longũ protrabit. Cum quibusdam vero pariter fila nectit. cum quibusdam per fila repit. ⁊ quando vult in tele superficie immobiliter se suspendit. vnde residẽs in tele sue medio subito sentit muscam telam in parte remotissima contingentem q̃ subito inuadit ⁊ aggredit̃ tanq̃ hostem. de qua si triumphare potuerit eaz ne euadat: inter tele sue fila multipliciter circumuoluit. ⁊ primo capiti insidens eius humiditatem sugit. ⁊ de tali muscarum venatione viuit. nam eius gustabile ꝓprie est talis humor: sicut gustabile apis est mel: sicut dicit idem Auicen. ⁊ Aresto. ¶ Itez in genere aranearum est diuersitas sexus. Ut dicit Arestotiles libro quinto. Et est femina maioris corporis q̃ masculus. ⁊ pedes habet longiores flexibiliores ⁊ habiliores ad motũ: ⁊ etiã ad texturam. Et sic idem in libro. v. ¶ Tempore coitus ⁊ amoris femina attrahit marẽ. per fila tele. ⁊ post masculus feminam: ⁊ non cessabunt donec cõiungantur. ⁊ masculꝰ ponitur super ventrem femine. ⁊ iste modus est necessarius propter ventris rotunditatem. ⁊ ista coniunctio maxime est in fine veris et in principio estatis: ⁊ aliquando in autumno: ⁊ in principio hyemis. ⁊ tunc maxime sunt nociue: ⁊ earum puncture amplius venenose.

¶ Item Arestotiles libro. viij. Genera aranearum sunt multa. Nam quedam sunt parue ⁊ diuersi coloris: ⁊ sunt acute ⁊ veloc; motꝰ. Alie sunt maiores ⁊ coloris nigri: ⁊ eaꝝ crura anteriora sunt longiora. et sunt tardioris motus nisi quando coitu stimulantur. Et nigre solent texere iuxta terram inter foramina: ⁊ manẽt in textura sua quousq; aliqua inciderit bestiola sicut musca quam deprehendunt. et si habent famem sugunt eius humiditatẽ. ⁊ tunc deferũr ad locum suum vbi deponũt: ⁊ reseruant eam donec iterũ esuriem patiantur. Et quando totam hausit humiditatem: deijcit residuum ⁊ reuertit̃ ad venandum: ⁊ non venatur quousq; reperit quod captum est de textura. Et si quis ruperit texturam incipiet ipsam reparare circa occasum solis vel circa ortuz: ⁊ maxime laborat quia tũc plures bestiole incidũt in texturam: ⁊ femina parit et venat: et masculus inuat eam:

Abscōdit aūt se in textura vl' sub tela ne a be
stiolis videat̄ꝛ: ⁊ maxīe qn̄ est magna. qꝛ ꝓpter
eius magnitudinē nō de facili opatur. Facit
etiam femina oua: ꝑmo ex quib⁹ modice ara
nee post formātur. ⁊ statim qn̄ pariunt̄ ponit
eas in textura. ⁊ statim se mouēt ⁊ disponunt
ad texendū ac si in vtero materno sūt instru
cte ad venandū. Vn̄ statim aptat retia cōue
nientia prede sue. Et est species quedā arane
arū q̄ venātur lacertū paruū qn̄ ipm incipit
texere sup ipm quousq; liget eius orificiū li
gatione forti: ⁊ tunc saltat supeum et pungit
quousq; moriat̄ꝛ. ¶ Jtē in eodē libro etiā dicit
idē: q̄ sepe inueniunt̄ quedā aranee in aluearī
bus apū: ⁊ ille corrūpunt mel ⁊ sugunt liquo
rem. ⁊ sic circa fauos faciūt texturas et cor
rūpunt eos. ¶ Jdē dicit Anicē. ⁊ Pli. de ge
neratione araneaꝝ li. xi. ca. xxv. Sicut ara
neaꝝ natura p̄cipua admiratione est digna.
Cui⁹ plura sunt genera: inter que est q̄daꝫ q̄
d̄r spalangio: cui⁹ corp⁹ est exiguū variū acu
minatū velox ad saltū: noxiū habēs morsum
Alia est species maioris corpis ⁊ nigri colo
ris ⁊ cruris lōgioris ⁊c̄. ¶ Araneaꝝ aūt tele
vt dicit Aresto. ⁊ Pli. Ex eaꝝ viscerib⁹ q̄dā
modo nature artificio generant̄ subtilissima
cōpositiōe ꝯtexte more retis cōponuntur et
parant̄: ⁊ filis subtilissimis cōnectunt̄: ⁊ hoc
ne a muscis ⁊ alijs bestiolis q̄b⁹ tēditur vide
atur ꝓpter grossiciē. cū labare q̄dē cōponun
tur: sꝫ miro modo faciliter dissipātur. Jgnē
nō sustinent. ventum timēt cui⁹ impetu rum
puntur ⁊ subito denudantur.

Operationes

A ¶ Pli. Et q̄uis venenosa sit aranea de cui⁹
egreditur viscerib⁹ tela. venenosa tn̄ nō ē q̄m
post multū vsib⁹ medicine vtile deputatur.

B ¶ Nā vt dicit Dyasco. Tela araneaꝝ alba ⁊
mūda pulverulētꝫ sordib⁹ nō admixta vires
habet ꝯstringētes: ꝯglutinātes ⁊ refrigeran
tes. ideo sanguinē restringit a vulnere deflu
entē supposita vulneri ꝓhibet fieri saniem. ⁊
sanat plagā recentē ⁊ ꝓhibet inflaturā sanita

C tem vulneris retardantē. ¶ Jtem remedium
ꝯtra morsus oīm araneaꝝ est cerebrum galli
naceum cū exiguo piperis bibitū cum vino
dulci. Jtem coagulū agni potatū cū vino sa

D nat morsus araneaꝝ. ¶ Jdem facit cinis vn

E gule arietine cū melle. ¶ Jtē musce cōtrite ⁊
posite sup morsum extrahūt venenū et miti
gant dolorē. Sunt ⁊ alia remedia q̄ enume

F rat Pli. ⁊ Albert⁹. ¶ Pli. eodē li. ca. vi. Ara
nea lōga ⁊ cādida tenues hꝫ pedes cōtrita in
veteri oleo d̄r soluere albuginē oculoꝝ.



Capitulum. xij.

Blacte bisantia grece. arabi
ce achafar. latīe vngula aro
matica. Serapion libro ag
gre. ca. Achafar: est conchi
lium ex specieb⁹ ostracoꝝ. et
est sil'r de conchilijs purpu
reis: ⁊ repiunt̄ in regiōib⁹ in
die: ⁊ in aquis iuxta quas oritur spica nardi.
Odor aūt ei⁹ aromatic⁹ est. qm̄ ipm aīal co
medit nardum. Et ipa colligūtur in tpe esti
uo. qn̄ aqua desiccatur. ⁊ repitur etiaꝫ ex eis
in littorib⁹ maris aizum. Et color eius est de
cliuis ad albedinē: et ambe sunt meliores: et
est pinguis. Sed illa que nascitur in babylo
nia est subnigri coloris: ⁊ est minor illa. ⁊ om
nes habent bonū odorem. Et qn̄ fumigatur
domus cum eis sentitur odor earū sicut ca
storei. Sera. libro aggre. ca. ostracorū. Bla
cte bisantie sunt ex vngulis ostracorū. ⁊ sunt
coopcula quib⁹ tegūtur in foramīe suo: ⁊ me
liores sunt que vergunt ad albedinem: ⁊ sunt
odorifere. quorum odor trahit aliquantuluꝫ
ad odorem castorei.

Operationes

A ¶ Galienus cap. ostracorū. Quando blacte
bisantia sumitur cū aceto in potu attenuat
splenē. ⁊ qn̄ fumigātur cum eis mulieres ha
bentes suffocatiōem matricis cōfert eis: et

B iste fumus excludit secundinā. ¶ Et quando
ex eis fumigatur epilenticus excitat ipsum



Capitulum.xiij.

Bonnacon. Solin⁹. Bonnacon est animal qđ in locis frigie nascit̃: huic taurinū est caput: ac deinceps omne corp⁹. iuba tm̄ equina. cornua ꝯ̄o tā multiplici flexu ī se recurrētia: vt si qs in ea offendat nō vulneretur: sed quicqđ presidij monstro illi frons negat aluus sufficit. Naz cum in fugam se vertit proluuie citati ventris fimum egerit ꝑ longitudinē trium iugerū: cuius ardor quicqđ attigerit adurit. Ita egerit noxia submouet insequētes. Actor forsitan. Hoc animal idem est ꝙ vacca siluestris ꝯm Arestotilē. que hʒ cornua declinātia adinuicem. nam ꝛ boues siluestres siue bubali alio nomine dicunt̃ bisontes. Arestotiles. Bonnacus est aīal catonia in quodā monte tauro simile: sed est in eo crinis descendens ad duas partes spatularꝝ. Hui⁹ pili molliores sūt q̄ʒ equi ꝛ breuiores. crines eius omnes continui sunt: ꝛ vsqꝫ ad oculos ꝑueniunt. Et q̄ ex pilis eius sunt inferius lane assimilant̃. Pili vero q̄ sunt sup̱ eius frontem ꝯueniunt. vsqꝫ dum separent̃ ꝯm discrimen. Color ei⁹ est rubeus: ꝛ forte erit ad nigredinē declinans. huius vox assimilatur voci tauri: nec habʒ dentes superiores sicut nec taurus habet duos sotulares. ꝛ caudā breuem respectu corp̱is: ꝛ cauat terrā. habet ꝛ coriū multos ictus patiens. hui⁹ caro dulcis est: ꝛ ideo dep̄henditur Cūqꝫ ꝑcutit̃ fugit ꝛ q̄escit. Cū aūt debilitat̃: pugnat. Et stercus ꝑ quattuor passus eijcit. Cum vero temp⁹ partus eius appropinquat adunantur ex eo genere multi p̄riusqꝫ circa ipm stercus cōgregant: ꝛ ipm quasi murum ponunt. Est autē animal multi stercoris.



Capitulum.xiiij.

Bos. Isi. Bouē greci boetē dicūt. latini trionē vocant q̄si terionē: eo ꝙ terrā terat. cui⁹ latitudo pelliū a mēto ad crura palearia dicunt̃ a pelle q̄si pellearia: ꝙ est signū generositatis in boue. Bouz in socios eximia pietas est. Nā alter alteruz inquirit. cū quo ducere collo aratra ꝯsueuit. ꝛ frequenti mugitu piū testat̃ affectū si forte defecerit. Arestotiles. Bos coit post annū. ꝛ forte post. viij. menses. Post bienniū autez pregnans est nouē mensib⁹. viuit annis quindecim. castratus aūt viginti. Actor. Bos ē animal mundū ꝯm legē ad imolandum et ad comedendum. quia ruminat ꝛ findit vngulā. paleas comedit. iugo premitur. stimulo cogitur. terrā arat. Pli. libro. v. boues ꝛ animalia quibus cōtinui sunt dentes bibendo sorbēt vt equi. Idem in li. xi. Superiores priores dentes nō sunt bobus sicut nec ouib⁹: ꝛ omnibus ruminantibus. boues autem mutant dentes. Boū caudis est longissimus caulis atqꝫ in vna parte hirtus. In genere boū seminis tantū vox grauior: cū in omni alio genere sit exilior q̄ʒ marib⁹. Theofrastus probat boues pisce vesci: sed non nisi viuente. boum attritis vngulis aruina vngendo cornua medentur agricole. Adeoqꝫ sequax earum natura est vt in ipsis viuentiuz corporibus feruenti cera flectant̃. incisaqꝫ nascentiuz in di

diuersas partes torqueanṫ vt singulis capiti-
bus q̄terna fiant. ¶ Ysaac in dietꝫ ꝑticularibꝫ.
Bouina caro ad cōpatione carnis pecudum
siccissima est: ideoqꝫ sanguinē generat grossum
⁊ turbide: ⁊ melācolicū: multūqꝫ dat nutrimen
tū. Inobediēs est digestioni: tardeqꝫ de stoma
cho eijciṫ ⁊ ventrē ꝯstipat. ꝙ si eo assueti melā-
colice cōplexionis fuerint fiunt splenetici vel
quartanarij: vel ydropici. vel scabiosi. vel lepro
si. ſm complexionem quam preparatam bis
morbis inuenit.

Operationes.

A ¶ Auicenna. Bouinū fel cū nitro ⁊ ethimolea
valet ad furfures: cū caput eo lauaṫ. Idem q̄ꝫ
fel aperit orificia emorroidarum: ex eodem cū
melle liniṫ palatū ad preuocationem.

B ¶ Dyascorides. Lac bubulcū oris vulnera re-
centia ducit ad sanitatem. Fimus boum iu-
uat ad apum et vesparum ictus.

C ¶ Ydropicus etiā illiꝰ ex eo iuuaṫ. si ad solē mul
tum iaceat desiccatur. Maximū vero benefi-
cium prestat fimus masculi bouis stericis mu
lierum fumigatus pro pendentibus.

D ¶ Pli. li. xxviij. Bouis sepum cū adipe anseri
no ⁊ ocymi succo vlcera oris ac rimas sanat.
Item ꝯtra ea q̄ vlceratione venena enecāt sepū
bubulcum: al's bubulum auxiliatur.

E ¶ Medulla q̄ꝫ bubula ex crure dextro ꝑore tri
ta cū sanguie pilis palpebrarūqꝫ vicijs ⁊ angu
F lorꝫ occurrit. ¶ Si ꝑo grauitas sit audiēdi fel
bubulum ꝓdest cū vrina capre vel birci.

G ¶ Talus bouis accēsus dentes cum dolore la
bentes confirmat ad motus. Eiusdē quoqꝫ ci-
nis cum mirra bonum est dentifricium.

H ¶ Lien bubulus in melle datur ⁊ illiniṫ ad lie-
nis dolores. Lac bubulum ceteris medicati-
uus est. Bubulo sic quidem lacte cūcta vene-
na expugnari tradūt vomitione. Preterea te-
nasmus poto lacte bubulo tollitur.

I ¶ Stomachū exulceratū lactꝫ bubuli potꝰ re-
ficit: eiusqꝫ rosiones caro bubula mixta aceto
⁊ vino cocta. ad hoīs etiā morsum bubula caro
cocta ⁊ iposita efficax est. Canū scabies sanaṫ
sanguine recēti bubulo. Iterūqꝫ cū marcescat
illico ⁊ postero die abluto cinere lixiuio.

K ¶ Haly. Fel bouis tinnitibus ⁊ auris sonitui
medeṫ si cum bombace supponatur.

L ¶ Si cū oleo mixto instilleṫ auri mitigat dolo
rē ex frigido. In lotio q̄ꝫ boum si infūdat se hō
optimū est stomacho dolenti ex frigido.

M ¶ Prodest etiā emorroidis. Fimꝰ boū cataplas
matꝰ sup apostemata grossa dissoluit ea. Si
ꝑo cōburaṫ ⁊ naribꝫ insuffleṫ sanguis fluxū ab
eis sedat. Preterea si cataplasmeṫ eo modico cū
butiro vētri ydropici manifestissime medeṫ.

N ¶ Iecur bouis si cōburatur ⁊ bibatur ventris
solutioni prodest ⁊ fluxui sanguinis.

O ¶ Os quoqꝫ bouille si comburatur dentes cō-
motos ex se fricatos solidat.

P ¶ Et si cū squingibin bibaṫ: splenē liquefacit.
Appetitū coitꝰ excitat: ac lepre ꝓdest.





Capitulum. xv.

b Bombex. ysi. in li. ethimologiarꝫ. Bom
bex est frondiū vermis: ex cuiꝰ textura
bombicinū ꝯficiṫ. Hoc aūt noīe appel-
laṫ eo ꝙ euacueṫ dū fila generat: ⁊ aer solꝰ in ea
remaneat. Pli. Bombices telas aranearꝫ mo
do texūt ad vestē luxūqꝫ feminarꝫ q̄ bombicina
vocaṫ. Bombicū genꝰ est in Assiria ꝓueniēs
nidos luto fingūt. salis species applicatos la-
pidi tanta duricia: vt spiculis ꝑforari vix pos-
sint. ⁊ ceras largiores q̄ꝫ apes faciunt. Deinde
maiorē vermiculū. Et in choo insula traduṅt
nasci cypressi: terebinti. fraxini. quercꝰ florem
imbribꝫ decussum terre balitu animante. fieri
aūt ꝑmo papiliones paruos nodosqꝫ mox fri-
goris impatientia villis inhorrescere: ⁊ aduer-
sus biemē tunicas sibi densas instaurare. pe-
dū asperitate radētes foliorꝫ lanuginē i vellera
Phisiologꝰ. Bombex vermis est faciēs sericū
filosum de ore suo in q̄ sepeliat se: ad h̄ vt rena-
scaṫ cōpletꝰ. Et postq̄ꝫ reiecerint oīe qđ sterco
ratū est ac ferulentū ac nigꝫ de corpe suo tunc
corpus eius trāsluciēs est cū aspiciṫ ad solem.
Folijs quidē celsi vestiṫ. que vulgo morus di-
ciṫ. Sꝫ postq̄ꝫ operari ceperit escam rennuit

delicioso labori operã diligēter impēdēs. Cala chi ꝓo parietes industriꝰ textor circuit. lanã educēs crocei coloris: q̄ niuei cādoris ꝑ ablutionem efficit̃ anteq̃ꝫ artificialis tinctura super induat̃. Cōsūmato āt ope nobilis textoꝝ thecam in ope ꝓprio inuolutã centonis subintrat ianuã similis papilioni. Semina postea minuta eijcit. et nature pēnatibꝫ secretꝫ q̄ ꝑ biemē reseruant̃. vt aere clemētiore redeunte. carni humane admota in sinu fomenta suscipiant vsq̃ꝫ dum natura motū seminibꝫ cōferat animalē. ¶ Idem vermis etiaꝫ lanificꝰ appellat̃ ex lana serica. quã de ꝓprijs visceribꝫ operatur.

Operationes.

a ¶ Sericum porro putrida vulnera combustum mūdat et confortat.

b ¶ Et si cū melle cōburat̃: rubiginē dētiū curat.

c ¶ De arbore in qua isti vermes nutriunt̃ lege cap̄. lxxxix. in p̄mo tractatu de A.



Capitulum. xvi.

Borax ⁊ Botracha. Ex lib. de na. rerū. Borax est genus bufonis qđ in capite portat gemmã sui nois. h̄ vulgo crapondia vocat̃. Sꝫ qn̄ bufoni viuo ⁊ palpitāti extrahit̃: tunc ip̄e lapis in medio sui oculū hr̄e dr̄. Cū aūt aliq̃ꝫ diu mortuo extrahit̃ tūc malicia veneni oculus extinguit̃: ⁊ lapis viciatur. ¶ Phisiologꝰ. Borax de genere bufonis est. h̄ ꝓpter veneni q̄ntitatē qn̄ tangit̃ inflat̃. Cū aranea pugnat: ⁊ ab ea vincit̃. Nam cū illa freq̄nter pupugerit: ille se vindicare nō valēs: intantū in flādo se exuberat: q̄ mediꝰ crepat ⁊ morit̃. Cuiꝰ morsus pessimꝰ est ⁊ insanabilis efficit̃. Gemmã in fronte nutrit ꝓ q̄ occidit̃. ⁊ que ab ip̄o aīali borax appellat̃: qn̄ extinctū hꝫ oculuꝫ. Herba speciali vtit̃ in q̄ visū recupat. ruta ꝓo interficit̃. humida loca ⁊ marcida libenter inhabitat. odit claritatē solis: nec eū de facili videre patit̃. nocte ambulat. ⁊ h̄ magis per vias hominū tritas vestigijs. ꝑ diem ꝓo latet in abditis. odorē florētis vinee fugit. ⁊ ꝓpe cubitalē magnitudinē aliq̄n crescit. In hispanie partibus illud p̄cipue boracis genus habitat: qđ lapidem in fronte portat.



Capitulum. xvij.

Bufo. Actor. Bufo est aīal venenosissimū: oībꝫ notū. qđ videt̃ ab autoribꝫ dici rubeta vel crassantiū. Est āt bufo frigidissima bestiola ⁊ aspectu fedissima. q̄ fert hr̄e cor in gutture. vn̄ nec de facili interficit̃: nisi ꝑ mediū guttur transfigat̃. Ex putredine autē vel corruptione terre nasci putatur. Ex libro de naturis rerum. Bufo etiam reptile venenosum habet visum pestilentem. attactū sordidū. Terra vescitur: et hoc pondere et mensura. Quantū enim in anteriori pede cōcludere potest. hoc illi ꝓ cibo quotidiano est. Timet em̄ ne sibi terra pro cibo deficiat. In gallie partibꝫ est bufonis genꝰ. quod cornutū dicitur: quia cornisare videtur. vnde a sono vocis sic appellatur. Colores habet duos. terrum et croceum Hij vero prodeunt: ⁊ tūc voces tubaꝝ edunt. Duoq̃ꝫ et duo voces tubarū reddunt inuicem.

In sola gallia vociferi viuũt. elatiuo cẽ pdũt ꝛ muti sunt. Phisiolog⁹. Bufo ē aĩal horro-ris qḋ nũc cũ aranea: nũc cũ lacerta: qñqꝫ vero cũ colubro vel etiã cũ serpẽte preliũ subit. Lesus aũt veneno alteri⁹ aĩalis venenosi a plantagine medelã accipit. Saluia libenter vescit̃: cui⁹ radix bufoni mortalis est. Lapis in capite bufonis inuent⁹ ꝛ ab hoīe gestatus veneni maliciã arcet. Ex bufone quoqꝫ per combustionem in puluerem redacto cum si-bi relinquit̃: bufo viuus regeneratur. nec tm̃ vnus sed etiam plures.



Capitulum. xviij.

Bubalus ꝛ Bisontes. Isido. Bubali p deriuationē vocati sunt: eo ꝙ sũt siles boũ. adeo indomiti vt p̄ ferita-te iugũ ceruicib⁹ nõ recipiãt: bos affrica procreat. ¶ Ex libro de naturis rerũ. Bubalus est aĩal boue maius ꝛ altius corpe: nigrum colore. habet cornua longa tortuosa: collum longũ: caput ingens: membra macilẽta: caudam paruã: aspectũ beniuolũ ac simplicem. Sed summe pnicitatis atqꝫ crudelitatis est cum ad irã fuerit puocatuꝫ. Usib⁹ humanis accõmodatissimũ est. fortitudine maxia pol-let. Bubalus patiens est laboris. pilos habꝫ paucos: vocem terribilem: frontẽ asperrimã cutem durissimã. pede spargit terrã. In eius nare anulus ereus cum funiculo ponit̃: vt facilius homini cedat. in opus qḋ fuerat ei im-positum: ꝙ si onus est graue ꝛ vltra volũta-tem suã imponat̃: statim cõmot⁹ in terra sternitur. nec facile ictib⁹ ad surgendũ cogit̃ nisi alleuiato onere quo grauat̃. hic alio nomine bisontes dicit̃. de quo dicit Solin⁹. ꝙ bestia est boui similis. ¶ Solin⁹. Bisontes ĩ septẽ-trionali plaga sũt boues feris similes: vltra tauros pernicitate capti asuescere nesciunt. hos imperitũ vulgus bubalos vocat. ¶ Plinius li. viij. Germania scythie cõtermina gingnit insignia. boum ferarũ genera: iubatos bisontes ꝛ velocitate excellentes. vros qb⁹ omnibus imperitũ vulgus nomen bubalorum imponit: cũ id affrica gignit vituli potius ceruice quadam similitudine.

Operationes

A ¶ Pli. li. xi. Bubaloꝝ sanguis nõ spissatur. ¶ Daly. Coagulũ pulli bubaliꝫ potũ cicute pdest ei q̇ comedit fũgos. B ¶ Urina bubali si ꝯtrita misceat̃ myrrha aut oleo ꝛ in aure ponat̃: dolorẽ ei⁹ ex frigido mitigat. C ¶ Dyal. Fimus bubali pascentꝫ imposit⁹ tumores vul-nerum tollit: ꝛ sciatice passioni ꝯuenit. D ¶ In cathaplasmatibus positus duricias ac scrofas purgat: ꝛ pustulas soluit.



Capitulum. xix.

Bruchus. Rudolph⁹ sup Leuiticũ ꝛ Glosa sup Johel. Bruch⁹ modic⁹ est et fului coloris. Bruchus vocat̃ fetus locuste anteqꝫ habeat alas. deinde cũ incipit volare paꝝ: dr̃ athelabus. cũ ṗo ple-niter volat dr̃ locusta. ¶ Est aũt bruch⁹ multo grauior ꝙꝫ locusta vel athelab⁹. qꝛ iacens in vno loco radicit⁹ rodit fructus.

Capitulum. xx.



Bupreste. Isi. ꝛ pli. li. xxx. Bupresti͡s est aĩal puū in italia similimū scara-beo: longipedum: fallit inter herbas boue͞e maxime. vnde ꝛ nomen habet. deuora-tū͡qꝫ tacta felle ita inflāmat vt rumpat.

Operationes

A ¶ Pli. li. xxiij. Oleū onfancinū ℥ buprestim valet ex aq̃ p se lotū vomitiõibus͡qꝫ redditū

B ¶ Idē ĩ li. xxx. Buprestis cū hircino sepo il-lita lichenas tollit ex facie smectica vi. ¶ Idē

C in li. xxviij. Lac resistit veneno buprestis.

D ¶ Idē in li. xxxi. Si buprest͡i pasta sit nitruꝫ ex aq̃ vomitiones euocat. ¶ Ex li. de na. re.

E Cū aūt bos buprestim ĩter herbas iacētē de-uorauerit ac fel eiꝰ tetigerit: ita ĩflāmat͡r atqꝫ tumescit: vt ꝑtinꝰ rumpat͡r laceratis viscerib͡ꝫ





Capitulum. xxi.

Bibione siue Bibione ꝛ Blata. Isi-dorus. Bibiones sunt q̃ in vino na-scuntur quos vulgo musciones a mu-sto appellant. Unde Affronius. Cū a me ex-pectasset fabulare incipis ex ore bibiones in-uolant in oculis tuis. Blate. a calore dicte sunt. siquidē ꝛ cōprehense manū tingūt. vñ et blateū colorē dicūt. Hoc aĩal lucē nō patit͡r videre cōtrariū musce. Musca enĩ est lucipe-ta. Blata vero lucifuga. ¶ Ex li. de na. rerū. Blata vermis est q̃ lucē videre nō patit͡r. vn-de ꝑ noctem tm̃modo ambulare consueuit. Palladius de agricultura. Blate sunt apib͡ꝫ inimice sicut ꝛ lacerte. Unde huiusmodi ani-malia ꝛ his similia oportet apum castris vel aluearibus longe fugare: qui vult apes be-ne seruare ꝛc.



Capitulum. xxij.

Capra. Ex li. de na. rex. Capra est aĩal barbatū: longꝫ ꝛ acutis corni-bus: pascit͡r in cōuallib͡ꝫ ꝛ ĩ mōtib͡ꝫ ꝛ in ramis arborꝫ q̃s ore potest at-tingere. sed morsus capꝫ exicialis est arbori. Uel ꝓ lābentes capre moriunt͡r. Herbis ve-nenatis viuūt. Cōstan. Si capre ex vasis ta-marisci biberint aut comederit nō habebūt

Sera.in li.de simplici medicina. Uidi inq̄t Galien⁹ capras lingētes tamarisci frōdes: et inueni eas sine splene.quasdam vero vidi lingētes serpētes pelle deposita.⁊ post albe- scentes min⁹ senescere. Isido. Caprā a car- pendis ꝟgultis q̄dā dixerūt.alij q꜡ carpēt as- pera. Nōnulli a crepitu cruriū.vn̄ eas creas appellatas q̄ sunt agrestes capre. Aresto. Ca- pra est aīal ruminans qḋ tn̄ habet dentes in vtraqꜫ mādibula. Capre in pastu cito mouen tur a loc꜡ suis:qḋ nō oues faciūt.⁊ accipiūt summitates herbaꝝ tm̄. Quādo mouentur post meridiē plus aque potabūt.⁊ qn̄ salem ante partū comederūt multū fluxū a māmil- lis habebunt. ¶ Capre naturaliter veloces sunt.iō pastores nō ponūt eis rectorē. Capra nō bene videt in die:sed acuit̄ eius visus de nocte.habet aūt aliqn̄ oculos dissiles in co- lore.qn̄ sagittata fuerit pulegiū ceruinū q̄rit: ⁊ comedit vt extrahat̄ sagitta. Pli.li.viij. Ca- pre in sicilia sicut oues villo tonsili vestiunt̄. Capris in ethiopia vita ē vsqꜫ ad annos.xi. in orbe relique plurimū octo. Idem in li.xi. Oculi capre de nocte splendēt:lucemqꜫ iacu lant̄. Pili acute crassi exeunt hircis: feminis aūt tenuiores. Itē mares capraꝝ plures ha- bent dentes qꜫ femine. Nec hn̄t capre dētes ꝑter priores geminos habēt. Et binas in fe- minib꜡ mām̄as.nec alibi sicut ⁊ oues. Pli.li. viij. Capre pariūt ⁊ q̄ternos.sed raro admo- dū.ferunt q̄nqꜫ mēsib꜡ vt oues. veneno pin- guescūt:pinguedine sterilescūt. Itē Aresto. Caper vni⁹ āni coit:s꜡ debile qḋ generat In ethiopia ꝑrie capra viuit annis.xi.tota vita coit:⁊ gemellas parit.⁊ si cib꜡ cōueniens est: caper virtuosus erit. Palladius lib.viij. Ca- pra trima optime potest educare:sed eligen- da est capella magni corpis crassis crurib⁹ breui collo:plenaqꜫ ceruice: aurib꜡ flexis et grauib꜡.paruo capite.nitido ac spisso longo qꜫ capillo.magnis vberib꜡. Nec multe capre sicut oues claudēde sunt vna statione qꜫ ⁊ lu to carere ꝯuenit ⁊ stercore: q꜡ teniores mares generant haud transeundum est. Sed vltra octo annos nō sunt mares seruandi: q꜡ gen⁹ hoc languore sterilescit ⁊ etate.

Operationes

A ¶ Esculapius. Capre cerebrū cū melle car- bunculos in ventre sanat. Sepū ei⁹ oī mor- B sui ⁊ lesure subuenit. ¶ Axungia qꜫ eiusdē cū rosis mixta pustulas que in nocte grauescūt tollit. hoc etiā aurib꜡ instillatū surdos sanat ¶ Caseus eius imposit⁹ oēs punctiōes atqꜫ C dolores reprimit. Pili eius vsti fluxus om- nes sedant. ¶ Ungule eiusdē vste ⁊ cū pice li- D quida trite ⁊ illite alopiciā curant. Lac eius bibitū arteriacum liberat. Uermes occidit. Pruriginē ⁊ morsus sanat. ¶ Sanguis eius E eadē facit: ⁊ venenū bibituz extinguit. ¶ Ex F li.de na.reꝝ. Cornu capre adustuz si ante na- res vere caduci teneat̄: statim cadit. ¶ Aui. G Cornu capre adustū ⁊ albificatū dentes for- titer abstergit. stringitqꜫ gingiuā: ⁊ sedat in- flate gingiue dolorē. ¶ Pli.lib.xxviij. Capre H cornu vel pilis accēsis fugari serpētes dicūt Cinereqꜫ ex cornu potū ⁊ illitū valere contra morsus eoꝝ. Idem quoqꜫ cinis sudores in- hibz. ¶ Sanguis capre cū medulla decoct⁹ I cōtra venena toxica sumit̄. Idem etiā sic da tur dissintericis ⁊ auxiliat̄ ydropic꜡. ¶ Iecur K capre cōtra papilionē.q̄ luminib꜡ aduolat ꝓ- ficit. Assum quoqꜫ ciliacis subuenit: lauda- biles quoqꜫ sunt medulle hircine ⁊ caprine. ¶ Dyasco. Adeps caprin⁹ ceteris magis est L stipticus pascuaꝝ causa.vnde dissinteric꜡ cli sterib꜡ miscet̄. ¶ Ius fellis eius etiā ptisicis M auxiliat̄. Bibentib꜡ quoqꜫ cantarides subue nit. ¶ Fel caprinum adhibetur fistulis cum N succo porri. Adhibetur etiā medicaminibus vulnerum: ⁊ ea sine tumore sanat.



Capitulum.xxxiiij.

Caprea. Pli.li.viij. Capree transfigu- rantur in plurimas similitudines. Sunt enim capree ſi it rupri capre. sunt ibices.sunt ⁊ origeffoli a quibusdam di cti.ꝯtrario vestiti pilo ⁊ ad caput verso Sūt ⁊ damme ⁊ pygargi ⁊ strepsicerotes multaqꜫ alia e dissimilia. Sed illa alpes. hec trans- marini situs mittunt. Idem in libro.xi. Na-

tura cornua dedit ramosa capreis sȝ parua: nec decidua fecit. huiꝰ aīalis sanguis nō spissat. Isido. Capreas agrestas creas dicūt qs greci: eo ꝙ acutissime videāt recte pandorcos appellauerūt. Morant enim in excelsis montibꝰ. Et q̄uis de longinq̄ sint: vident tn̄ omēs q̄ veniūt. Eedem ꝛ capree eedem ꝛ ibices q̄si auices: eo ꝙ ad instar auium ardua ꝛ excelsa teneant ꝛ inhabitent. Ita vt de sublimi vix humanis obtutibꝰ pateat. vn̄ ꝛ meridiana ps Ibices aues vocant: q̄ nisi fluētis inhabitāt. hec itaqꝫ aīalia in petrꝭ altissimis cōmorant. vt si qn̄ ferarꝫ vel hoīm aduersitate psenserint de altissimis saxorꝫ cacumibꝰ se se pcipitāt: ꝛ in suis se cornibꝰ illesa suscipiūt. Ex li. de na. re. Capra siluelstris q̄ ꝛ capreola vel rupi capra dr̄: bestia seua est in cōparē sui generis. In alias aūt bestia timida ac mansueta nimis. Hec in insula creta: qn̄ vulnerata est pulegiū querit. quo comesto sagitta de corpore exilit: vix autē capi pōt: quia celerrima est. Et cum a canibꝰ premit: ad mōtes altissimos cōfugit. plurima inter mares ē discordia ꝑpter feminas: ꝛ hoc tpe coitus.

Operationes

¶ Dyas. Fimus caprarꝫ siluestriuꝫ cum vino bibitus ictericos sanat. ¶ Cum folio spice nardi bibitꝰ mēstruis imperat. ¶ Reliquos sanguinis fluxus cū aceto impositꝰ abstinet. ¶ Cōbustus ꝛ tritus cū aceto ꝛ oximelle alopicias sanat. ¶ Axungie mixtus podagricis medetur. ¶ Actor. Itē de Caprea hoc idem quod supra ponit: licet sub alijs verbis.



Capitulum. xxiiij.

Canis. Aresto. Canis est aīal iracundū ꝛ applaudēs boībꝰ. pilosū ꝑmuniuersum sicut porcꝰ ꝛ visus. habꝫ dentes supiꝰs ꝛ inferiꝰ: ꝛ ventrēvnū: ac postremū intestinū. multos hꝫ fetus: multasqꝫ fissuras in pedibꝰ ꝛ multas māmillas sicut ꝛ porcus. Quinqꝫ digitos habet ī pedibꝰ anteriorib ꝛ q̄ttuor in posteriorib sicut leo ꝛ lupus. Fimū etiā habet siccū sicut ꝛ lupus. splenem longū sicut hō ꝛ porcus. ꝑterea somnꝰ ꝛ vigilia. crementū ꝛ corruptio. ꝛ vita ꝛ mors. ceteraqꝫ accidētia ex sensibꝰ sunt in canibꝰ sicut equis ꝛ boibꝰ. Alexander. Canis aīal est immundū rediēs ad vomitū: iracūdus: latratu horrendū canē extraneū lacerās: ossa corrodens: qui cū habuerit cōsortiū alteriꝰ canis refugit. Solus autē nomē suum cognoscit. Ex li. de natu. re. Canis est bestia docibilis ad omnē ludū: dn̄m suū diligit: ꝛ eiꝰ hospitium vigilando custodit: noctuqꝫ latratu noctes ꝑdit. Est etiā quoddā genꝰ canū qd̄ odoratu fures intelligit: ꝛ a ceteris hoibꝰ implacabili odio discernit. Isido. Nihil aūt sagatius canibꝰ. plus enī sensus ceteris aīalibus habent. Nam soli noīa sua cognoscūt. recognoscunt dn̄os suos ꝛ diligunt: ꝛ eorū tecta defendunt, ꝑ dn̄is suis se morti obijciūt. sponte ꝛ voluntarie cū eis ad ꝑdam currunt. Ambrosius. Canis est aīal sagax. quod vbi vestigium lupi vel leporis inuenerit. argumēta quedā ad eum directa semita insequenduꝫ colligit. ad diuerticulū semite venit. singularumqꝫ semitarū exordia tacitꝰ pcunctat: vt ꝑ odorem agnoscat in quā parteꝫ diuerterit: huic etiā aīali insitū est naturaliter imparti ret alimonie memoriā seruare: gratiāqꝫ referre: ac solicitas excubias ꝑ dominorꝫ salute ptendere. Cū enī infirmat canis: radiceꝫ alicuius herbe comedit ad vomenduꝫ. Philo. Canis cetera bruta in tribꝰ excellit: in discernendo amando seruiendo. Discernūt enī dominū ab extraneis: nec eos quos insectatur odit: sed ꝑ eo quē amat ꝫelat: ꝛ ex pscietia sollicitī amoris inuigilat. Mos eiꝰ est cū pastore alludere. gregē nosse. insidiātes feras psequi soli huic a natura insitū est. volūtarie ad qd̄ pparat ingeri. ꝛ p quandā obediētie formulā sola disciplinati timoris expectatiōe suspendi donec ad pagendi licentiā signo mittatur. Canū aūt genera sunt plura. Alij enī ad capiendū feras siluarꝫ inuestigant. Alij volucres. Alij vero greges. Alij domos custodiunt. Ex libro de natu. rerum. Tria sunt genera

canū. Hoꝝ nobilissimi sunt leporarij alias le
uerarij quib9 forma elegantior ꝛ ad cursuꝫ ce
lerior aptiorqꝫ venatui. Hi pectore valentes
sunt. Latrat9 edere nesciūt. ꝛ nisi ꝑducantur
ad cursum infra domū se continēt. Alij sunt
apti venatui: longis aurib9 ac dependentib9.
hi odore ꝛ importunis latratib9 bestiam inse-
quunt. Item canis masculi nō de facili ledūt
canes feminas. Et ita fit in plurib9 generib9
bestiaꝝ. In oī aūt genere aīaliū masculi plus
feminis viuūt exceptis leuerarijs in quibus
accidit cōtrariū. Aresto. Leuerarij q̇ppe vi-
uunt annis vere deceꝫ: leuerarie duodecim.
In leuerarioꝝ quidē genere plus viuūt femi
ne marib9 ꝓpter laborē ipoꝝ masculoꝝ. In
alijs aūt plus viuūt mares feminis. Iteꝫ ca
nes femine cū applicant ad etatē coitus ha-
bent signa sicut homo. qm̄ eaꝝ mām̄ille intu
mescunt. ꝛ inuenit in eoꝝ pectore cartilago:
sed hoc difficile est cognoscere nisi exercita-
to. marib9 aūt non accidit hoc: sed in maiori
parte crus eleuant in mingēdo: ꝛ nō nisi post
sex vel octo menses faciūt. Et vniuersaliter
postq̄ꝫ rigescunt. Omēs aūt femine sedēt qn̄
mingunt. In canib9 feminis lac inuenitur ad
quinqꝫ dies ante partū: ꝛ in quibusdā p septē
Estqꝫ lac caninum spissiu s omni lacte: ꝑter-
q̄ꝫ porcorum ac leporum.

Operationes

¶ Esculapi9. Canis sanguis potat9 tremu-
losos liberat. ¶ Caput eius vstum tritum et
puluerizatum. vel eius caro neruosa ꝛ ficus:
morsus canis si bibat sanat puluis dentium
ei9. Dolores dētiū ac gingiuas curat. ¶ Hor
eius potatū canes a latratu detinet. Fel ei9
cū melle curat oculos. Lac eius bibitum pi
los ꝛ capillos crescere non sinit. ¶ Cū melle
vl' vino datū mox fetū mortuū ejicit. ¶ Dens
ex eo tactus cito mittit: ꝛ cicatrices oculoꝝ
extenuat. Adeps eius podagrā ꝛ auriū do-
lorem sanat. ¶ Auicēna. Sanguis canis ꝓ-
hibet ortū piloꝝ euulsoꝝ: vt scṗsit Gal. Uri
na quoqꝫ canis admīstrat sup verrucam.
¶ Oyas. Lac primi partus canis capilloꝝ or
Elephas. Aresto. Elephas est animal mansuetuꝫ q̄d cito domesticat. ⁊ obedientioꝛ atqꝫ disciplinantioꝛ est oīb⁹ animalib⁹. vnde instruitur etiam adoꝛare regē ⁊ in hoc oīb⁹ melioꝛ est animalibus. Ex lib. de naturis rerū. Elephanti (teste Cassiodoꝛo) omniū quadrupedum superant intellectum. Unde nō dubitat elephas primo aspectu adoꝛare: quem cunctoꝛum intelligit rectoꝛeꝫ esse. Cui si tyrannus apparet: inflexus permanet farinam similem minutissimo pulueri p̄mixtam: sep̲at optime. ita ꝙ farinā in passum colligens nihil admittit de puluere. lesi vero dicūtur offensam seruare. longoqꝫ temp̲e post iniurie vindictam reddere. Auicenna. Iuuātur homines in pugna ⁊ elephantum femina sicut masculus. sed coꝛpoꝛa feminarū minoꝛa sunt q̄ꝫ marium ⁊ cum hoc etiam audacie sunt minoꝛis. Elephas autem tante foꝛtitudinis est: vt cum suis culmis pꝛosternat magnos parietes. ⁊ cum sua fronte magnas arboꝛes. Ex lib. de na. rerum. Elephanti concupiscentiam fetus in se nō habent. Sed tempoꝛe quo volūt filios pꝛocreare. vadunt ad oꝛientem. vsqꝫ in pꝛoximum paradisi vbi inueniant mandragoram. de cuius frūctu pꝛioꝛ gustat femina. deinde masculus eius suasione. et tunc conueniūt: et concipit femina. Tempoꝛe vero partus ingreditur aquam vsqꝫ ad vbera. ⁊ ibi parit super aquam: propter draconem qui insidiatur ei. Et si extra aquam pareret: fetum eius deuoraret. Masculus quoqꝫ non recedit ab ea dū parit: pꝛopter serpentem: qui inimicus est

ei⁹ sic̃ draco. Nã hui⁹ aĩalis ossa ⁊ pellis in q̃cũqꝫ loco incẽsa fuerit statim odor eoꝝ serpentes fugat. ⁊ q̃dlibet venenosũ non accedit. ¶ Ysid. Biẽnio autẽ fetus portãt nec ampli⁹ q̃ȝ semel gignũt. nec plures ſȝ vnũ tm̃. Viuũt ãt annis tricentꝭ. ¶ Aresto. Elephas coit ĩ agresti loco maxĩe ꝓpe fluuios. femina sedet: mas equitat sup̱ illã. Femina post annũ decimũ vsqꝫ ad q̃ndecim coit. Mas ãt post q̃nquenniũ. ⁊ hoc in vere. Vnicũ filiũ gignit sic̃ equ⁹ ⁊ camelus. Femina p̱ duos annos impregnat̃. Impregnata q̃ȝ a masculo nõ tangit̃ omĩno. ⁊ post partũ cessat triennio. ¶ Ex li. de na. re. Elephanti cadentes surgere nõ possunt. qm̃ ossa solida sine iũcturis habent. Unde et crura tibiasqꝫ flectere nõ valent: nisi in iuuentute. Crura ꝟo equalia hȝ in grossitudine instar stipitũ ab ymo pedis vsqꝫ ad vẽtrẽ. Pedes ꝟo rotũdi ad instar pomi. ¶ Plini⁹. Elephãto durissimũ tergus est dorsi. Ventres molli. Interius simile est interiori porci. ac p̱ ꝯsequens interiori hoĩs. Elephanti nasus lõg⁹. ¶ Actor. Elephas in tibijs iũcturas nõ hȝ: ⁊ dormiẽtes elephanti nũqꝫ recumbũt: ſȝ cũ labore defatigati sunt arborib⁹ magnis applicati se recreant ⁊ in ipis suffulti dormiũt. Qd̃ coꝝ venatores attẽdentes: locũ ⁊ arbores notãt: easqꝫ pene succidũt. sicqꝫ capiunt̃.

Operationes

A ¶ Ysidorus. Elephanti sanguis et maxĩe masculi fluxus reumatis sistit. Fumo quoqꝫ qui fit ex vngula ⁊ pilis elephantis aĩaliũ quelibꝫ venenata fugantur.

B ¶ Platea ri⁹. Elephas hȝ ossa quedã solida vt dẽtes: ⁊ hec nõ cõburunt̃ sed ad diuersa officia reseruant̃. Quedã ꝟo sunt medullã habentia et hec cõbusta dicunt̃ spodiũ. Est ãt spodium frigidũ in. iij. g̃du: siccũ in. ij.

C ¶ Sophisticat̃ aũt q̃nqꝫ ex ossib⁹ canis combustis. q̃nqꝫ ex marmore cõbusto. sed id est minus ponderosum. vñ illud eligendũ est qd̃ est subalbidũ. ⁊ valde leue ⁊ ꝯtinuum

D ¶ In syrupis ponit̃ ad infrigidandum. Puluis ei⁹ cũ succo plãtaginis datus valet ad dissintheriã ⁊ emoptoicã passionem.

E ¶ Auicenna. Adeps elephantis cũ ex eo fit linimentũ: fugat venenosa. Fumus ei⁹ suppositus ꝓhibet impregnationem.

F ¶ Fimus elephantis si vaporetur eo venter febrem patientis ꝓdest. Sed si cum lana submittatur mulieri: nõ concipit.

Capitulum. liij.



Achires. Ex li. de na. re. Enchires est aĩal in oriẽte tauro silẽ: ſȝ hñs longos crines ad scapulas descẽdentes sicut equ⁹. Cornua ꝟo recuruata: ⁊ ad pugnandum abilia. Caudãqꝫ breuẽ respectu corp̱is. Coriũ valde durũ. hui⁹ etiã caro dulcissima est. Cum venatores fugiẽs debilitatũ fuerit pugnat: et in pugna stercus eĳcit p̱ q̃ttuor passus: causa timoris. est eñi aĩal multi stercoris. Deinde cũ appropinquat ei tẽp⁹ partus multa ei⁹ dẽgeneris aĩalia circa ipaȝ adunant̃: ⁊ egerentes aggregant stercora ad instar muri in circuitu ei⁹. Actor. Videtur autem enchires eadẽ esse bestia que superius dyrã vel bonnacon ſm Arestotilem est appellata.



Capitulum .lvij.

E Nidros: ⁊ enitra. ysid. Enidros est bestiola ex eo nūcupata: q in aquis versatur: ⁊ maxime in nilo. Que si cocodrillū dormientem inuenerit volutat se primo in lutū ⁊ intrat etiã p os ei⁹ in ventrē: ⁊ carpens oīa intranea ei⁹: sic vt moritur. Hec ychenomon grece vocat. ¶ Ex li. de na. rex. Enitra est aīal modicū in Germania. mas ⁊ femina cumulos in terra faciētes. ↄgerūt cibos in estate qb⁹ viuāt in hieme. Femina naturaliter ciborū est auida. mas ecōtra. sup modū parcus et auarus. Unde ⁊ aditum obstruit ne femia cibos attingere possit. At illa naturaliter calida foramen occultū ex alia parte facit p qd furet quod auiditati sue sufficiat. Sicq fit vt masculus parcus macie tabescat. femina vero pinguedine rutilescat.



Capitulum .lviij.

E Rinacius et Ermineus. ¶ ysidorus. Erinacius q ⁊ cirogrillus est animal porcelli formã habens. sed spinosum preterq in ventre. vndiq vero spinis suis clauditur pp̄ter insidias ⁊ difficulter se videndum prebet atq palpandum. sed quando in aquã calidam mittitur: statim ea delectatus in planam membrorum deiectionem ostensionemq resoluitur. ⁊ sic in offense videtur atq palpatur. ¶ Hic (vt dicit Arestotiles) obtusius audit oīi aīali habente testam in capite. Ericius pinguis est ⁊ medicinalis. Solus habet duos anos per qs feces emittit. Huius speciei mas ⁊ femina stando coeunt applicati ⁊ ad inuicē ↄiūncti. et hoc pp̄ter spinarū aculeos q in ei⁹ dorso sunt. ¶ Ex lib. de na. re. Armineus est bestiola de genere mustelarū: sed forma minor: ⁊ colore dissimilis. In hyeme candet instar niuis pp̄ter extremitatem caude. Estate vero tantū in vētre candet ⁊ dorso fuscus apparet. Mures psequitur. carnibus vescitur



Capitulum .lix.

E Dus. ysidorus. Edus ab edendo dictus est. parui em̄ pinguissimi sunt: et saporis iocundi vnde ⁊ eduliū vocat. ¶ Palladi⁹ vbi sup̄. Edis aūt nutriendis sup lactis abundantiā edera vel lentisci cacumīa sepe p̄benda sunt. ¶ Plini⁹ li. viij. Edi luna decrescente castrandi sunt sicut ⁊ vituli.

Operationes.

¶ Pli. lib. xxviij. Sanguis edi recens cū aceto acri feruēs pot⁹ sanguīs excreatiōes iuuat. — A

¶ Eius pulmo ebrietatem arcet. Utuntur et ipsorum pelle ad plagas. — B

¶ Feminum edi cinis intestina rupta mire sanare traduntur. — C

¶ Auiceñ. Caro quippe caprarum paruarū melior est: magisq susceptibilis digestionis. — D

¶ Idem. Caro edina minorum est superfluitatum q arietina. — E

¶ Haly. Coagulū eduli ↄtra potum cicute prodest: eiq qui fungos comedit. — F





Capitulum.lx.

Emorrois enidros ꝛ excedra. Jsidorus. Emorrois est aspis ex eo nuncupatus ꝙ sanguinē sudet qui ab eo morsus fuerit: ita vt dissolutis venis quicquid vite est ꝑ sanguinem euocet. Alexāder. Emorrois ergo recte dictus est a sanguine: eo ꝙ ab eo punctus nimium emittit sanguinem. Unde mulier menstruata dicitur emorroissa. ¶ Enidros. Jsidorus. Enidros est coluber in aqua viuens. greci enim aquaꝫ ydor vocant. supra capitulo. lviij. de ea tractaui. ¶ Excedra. Jsido. ydra grece dicitur draco multorum capitum: qualis fuit in lernia palude prouincie archadie. Latine vero dicitur excedra: eo ꝙ vno ceso tria excrescebant capita. Actor. De hac ergo plenius dicetur in loco congruo ſm ordinem capitalium litteraruꝫ: vbi de ydra tractabitur. De hac enī Hieronymus in prohemio Esdre contra detractores suos loquens versum poeticū tractat dicens: Licet excedra sibilet victorꝗ; si non incendia iactet: nunꝗ meū iuuante christo silebit eloquium: et precisa lingua balbuciet.

Capitulum.lxi.

Angula et eruca. Ex libro de naturis rerum: Angula est vermis a re nomen. Habet enim semper in sanguine caput continueꝗ sugens ita intumescit vt medius crepet. Non enim exitum superfluitatis habet. hic a quibusdam pediculus siluestris dicit̄. Jn iumentis nunꝗ sed in lupis et canibus frequenter gignitur. ¶ Eruca in libro vt supra. Eruca est vermis longus multis distans pedibus colore varius. Olera ꝛ arborum folia depascitur. Jsidorus. Eruca est frondiuꝫ vermis in olere vel a pmpino inuoluta: ab erodendo dicta. De qua meminit Plautus. Jmitatus nequam bestiam maleficam inuolutam in pampino frondem et florem erodunt. hoc malum oritur tempore humido ꝛ lento.

Operationes

¶ Palla. libro secundo. Contra erucas semina que spargenda sunt semper viue succo vel erucarum madefaciunt sanguine. Aliqui vero cinerem de fico sup erucas spargūt. Nonnulli squillam in hortu serunt. Uel aliqui etiam mulierem menstruatam nudis pedibꝫ cōtra erucas circūire faciunt. A

D



Capitulum.lxij.

Falena ⁊ fiber. Isidorus. Falena est animal quod naturali quodam indignatiōe superbiam in homine detestatur. Itaqꝫ si cōgrediendi occasionē acceperit: pugne cōstanter insistit: victorqꝫ superbie inclementer nititur hominem decerpere Solinus. Fiber per vniuersum pontū plurimus: quem castorem aliqui dicunt. luthere similis: est animal morsu potentissimū adeo vt cum hominem inuaserit: conuentum dentium nō prius laxat: ꝙ ossa fracta cōcrepuisse persenserit. Plinius libro. xxxi. Fibris victus est in terris. Castores testes eorum dicuntur: quos ab ipsis amputare fertur cum capiuntur. Sestius medicine diligentissimus illos esse paruos: substrictos ⁊ adherentes spine dicit: nec adimi sine animalis vita posse asserit. ¶ Item Operationes etiam superius sub nomine castoris sunt dicta.

Capitulum.lxiij.



Formica. Actor. Formica est anial paruum solicitū prouidum et sagax. Terrā de cauernis egerit: arto calle incedit: grano pascit. Isidorus. Formica dicta est ab eo ꝙ forat micas farris. Ex lib. de naturis rerū. Formica est animal mire puidentie sibi. Hec sola inter aniālia senio fortificatur ⁊ crescit. Formice labores communicant vt apes: sed apes cibos faciūt: hec vero condūt. Efferunt etiā mortuos suos atqꝫ sepeliūt: et he sole inter omnia aniālia faciūt Item formica frumenti granū eligit. ⁊ si cōpleta in fossa sua fuerit: illud exponit vt siccetur. siccqꝫ iterū reponit ipm vsqꝫ ad tempus. vt autem granū conseruet absqꝫ germine: fertur ipm in tres partes diuidere. Aristotiles. Formica est animal anulosum sine alis et sine sanguine. Et est ex animalibus que cum sociis suis manent: ⁊ ex his que habitacula habēt: sicut mures ⁊ talpe. Formica sicut ⁊ musca coit in hyeme si conueniens aer fuerit. et ventus meridionalis flauerit.

Operationes

A ¶ Arestotiles. Si quis acceperit sulphur et origanū agreste: ⁊ pulueri zauerit sup mansiones formicarum: dimittunt illas ⁊ fugient.

B ¶ Similiter etiā fugiūt a fumo storacis sicci. C ¶ Rasi i almansore. Formice ex alchitran D ⁊ ex sulphure ⁊ ex asa fetida fugantur. ¶ Et si ex istis mittatur aliquid in earum foraminibus: morient. porro si ex eo circa foramē epithima fiat nō exibunt. E ¶ Ex libro de naturis rer. Domus formicarum ex sulphure ⁊ origa-

no agresti fumigata: formicas effugere cogit ab illa.



Capitulum.lxiiij.

Formice maiores. Solin⁹. Formice dicunt̃ esse in ethiopia ad formã maximi canis: q̃ arenas aureas pedib⁹ quos leoninos habent eruũt: ac ne quis auferat custodiunt. Ex libro de naturis rerum: In india sunt formice circa montes aureos vulpib⁹ maiores: fortes ac seue nimis: pedes quattuor habentes: ⁊ in pedib⁹ habatos vngues. Tante vero fortitudinis sũt: vt visos homines discerpant. Bestias autem de facili non ledunt: satis conscie: ꝙ auruz illud qđ ipe custodiunt inuitis non auferant. Ad plectendum ergo temeritatẽ auaricie illic adeo collocato sunt bestie. De his formicis meminit Johãnes de Manda villa: ꝙ in nonnullis montibus indie morantur formice in quantitate nostrorum catellorum que effodiunt purificant ⁊ colligunt cum intenta occupatione: auri minutias eas ponunt: ⁊ reponunt de cauernis in cauernas: ⁊ conseruando aurum sunt ita diligentes ⁊ acres vt nemo hominũ de facili appropinquare audeat nisi interdum illis pausantib⁹ ⁊ ab estu se occultantib⁹ aliqui non tamen sine periculo in drometarijs rapiunt vel furantur. ingeniose etiam super equam que nuper fetum edidit imponunt cistellas ligneas seu cophinos nouos vacuos: a laterib⁹ apertos dependẽtes prope terrã. Hanc equã famelicam ad montes huiusmodi dimittunt vt se herbis pascat quam formice videntes solã: saliẽtes ⁊ iocantes colludunt ad cophinoruz nouitatem. Et quoniã eis est naturale vt circa se om̃e vacuum implere conentur cõportant certatim aurum in predictas cistellas: cũ homines a remotis tempus obseruauerint emittunt pullum eque vt videat matrez cui⁹ aspectu iam diu stetit priuatus: ⁊ ad hinnitũ pulli ꝓtinus equa reuertit̃ onusta auro. Hoc ⁊ simile ingenio aurũ a formicis eripitur.



Capitulum.lxv.

Furus ⁊ Furunculus. Isidorus. Furo a furno dict⁹ est. Vñ ⁊ fur. Tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit: ⁊ eijcit predam quam inuenerit. Aristotiles. Furonũ femine sunt obedientes ad coitum. valde clamantq꜒ mares ad coitũ tẽpore luxurie. nec coeunt mares cũ femia retro: sed mas eleuatur: ⁊ femina equatur subiacendo. Furunculus. Ex libro de naturꝭ rerum: Furunculus putorie valde consimilis est: paulo amplior q̃ mustela. Inter album ⁊ buxeum colorem habet: ⁊ est anial animosuz ac ferox. Coire dicunt̃ ꝓstrati. femina simarem non habet. quando luxuria stimulat̃: tumescit ⁊ moritur. Partu quidem fecunda est vt pute septẽ vel octo fetus simul edens: portat in vtero quadraginta diebus. Et cũ nati fuerint catuli ceci sunt diebus. xxx. A tempore vero quo videre incipiunt vsq꜒ ad quadraginta dies venari incipiunt.

Capitulum.lxvi.



Galla ⁊ genetha. Ysido. Gala est aīal multe audacie cū serpētib⁹ pugnans. mures enī libēter comedit Et ipm gen⁹ serpētiū carnib⁹ muriū viuit. idō q̄si i cibi sui emulos serpentes ꝑsequit᷑: ⁊ cū eos deuictos comederit mox rutā q̄ serpentib⁹ aduersa est ꝯmedit. Hoc aīal ad septētrionalē ꝑtē ingressus fouearꝫ suarꝫ facit: vt vēto sibi ꝯtrio nō fatiget᷑. Genetha. Ysi. Genetha est bestia paulo maior vulpecula: colorem h̄ns īter croceū ⁊ nigꝝ. maculas interdū nigras ordinate ī pelle dispositas hꝫ. mā̄sueta satꝭ ē bestia nisi fuerit iniuria lacessita: nec ad ardua ꝯscēdit: sꝫ in hūilib⁹ locis ⁊ suꝑ riuos aquarꝫ deambulat: ibiq̄ꝫ cibum querit.



Capitulum. lxvij.

Gamaleon. Ysidor⁹. Gamaleon siue cameleon est aīal quadrupes habēs faciem q̄si lacerte: caudā ꝓlixā ⁊ tortuosam: corp⁹ aspe: cutē q̄lis est in cocodrillis. ꝓfert aūt ex cute q̄si lanā q̄ndā: de q̄ zone cōtexte cōburi nō p̄nt. Est aūt aīal pigrū incessu: sed victorē suum interfect⁹ perimit. Nā cum ales ex eo comederit: illico morietur. Hoc idem aīal d̄r ⁊ salamandra grece: ⁊ etiā (vt quidam) volunt stellio latine: sed fortasse diuerse sunt species q̄uis eiusdem generis sicut capre ⁊ capree ⁊ rubricapre. vnde idem Ysidorus Gamaleonem ponit in genere bestiarum salamandrā ac stellionē tanq̄ꝫ diuersas species in genere lacertorꝫ. Plinius aūt dicit stelliones h̄re quodāmodo naturā camaleonū. De his ergo plenius dicetur infra vbi agetur de salamandra.



Capitulum. lxviij.

Gazelle. Sera. li. aggre. ca. misch. Dixit: Habonhasen ex ꝟbo albulbuasim almascadi in li. auri ⁊ minerarū ⁊ margaritarꝫ. terre in quib⁹ sunt gazelle musci. ⁊ sunt regiones tumbasi et seni sunt terre confines. Verū muscus regionis tumbasi est melior musco seni duab⁹ de causis. Una est q2 gazelle de tumbasi comedūt spicānardi: ⁊ alias species odoriferas. gazelle ꝟo de seni comedunt alias herbas ab istis. Et non differūt gazelle iste ab aliis in figura ⁊ colore ⁊ corporibus, cognoscūtur tamen in den-

tibus caninis eaꝝ:q2 quelibet ex istis h3 du
os caninos dentes egredientes ab ore ipsi⁹
sicut egrediunt ab ore porcoꝝ. Itē cū natura
gazelle expellit cursum sanguis ad folliculū
illū vel chistim:ꝛ cōplet esse sanguis i eo no-
cet illi aial i.ꝛ tūc venit ad saxa:vel ad aliqd
ex lapidib⁹ ca.caliditate solis:ꝛ fricat se mul
tū cū delectatiōe magne:donec vulnerat cu
tis in loco illo ꝛ emanat qd ptinet sup lapi-
des queadmodū emanat ad apostemata ali
qua qn aperit.ꝛ sentit tūc illud aial in exitu
eius delectationē magnā.ꝛ illud sic euacua-
tū dicit musc⁹. Egrediunt ergo homies qui
nouerūt loca vbi pascūt gazelle:ꝛ puenien-
tes ad saxa illa ꝛ lapides:inueniūt sanguinē
illius q desiccatus est sup lapidem siue saxa
ꝛ colligunt eū ꝛ ponūt in folliculis qs habēt
ex gazellis qs ipi venati sūt ꝛ seruant apud
se:ꝛ hmōi est ille muscus quo vtunt reges:ꝛ
qui donatur p dono magno.

Operationes

A ¶ Muscus eni fortificat cor ꝛ oia interiora
mēbra:qn bibit aut ponit exteri⁹ in empla-
stris:ꝛ abstergit albuginē subtilē ꝛ desiccat
B eius humiditatē ꝛ calefacit cerebrū. ¶ Un-
C de corroborat mēbra sua amaricitate. ¶ Et
cōfert sode antique q est ab humiditatib⁹ et
D corroborat cerebrū. ¶ Et si accipiatur de eo
parū:ꝛ resoluat cū oleo de keiri ꝛ liniatur
E cū eo virga iuuat ad coitū. ¶ Et est in eo hu
F miditas quedā p quā excitat coitū. ¶ Auicē.
de virib⁹ cordis ait:q pfortat cor. Infra ca.
c.musquelibet pleni⁹ tractet de musco.



Capitulum.lxix.

Glandosa ꝛ Gnatrix. Cōstantinus.
Glandosa serpens est:cui⁹ morsus
ē putrid⁹:ꝛ de q pessim⁹ odor emin⁹
egredit. Dicūt aūt qdā q pedes sup illā in-
cedentes excoriant:ꝛ apostema in crure pa-
titur. Illius qz q ei medet man⁹ excoriantur
Qui vero hunc serpentē o cciderit:odor ei⁹
putridus fit:ꝛ omnē nisi soli⁹ hui⁹ fetoris p
dit:hui⁹ morsus significatio est:q in illo lo-
co subsequit apostema cū rubore:vesica illa
membra circundat.aliqn sūmatim currit san
guis quasi a qua:dolorem quoqz patit in ore
stomachi. Gnatrix. Isidorus. Gnatrix ē ser-
pens aquā veneno inficiēs. In quocūqz eni
fonte fuerit eū veneno immiscet. De quo Lu
can⁹. Est gnatrix violator aque.



Capitulum.lxx.

Grillus ꝛ Gurgulio. Isidorus. Gril-
lus a sono vocis nomen habet. hic
retro ambulat:terram terebrat:stri-
det noctibus:venatur eum formica circūli-
gata capillo in cauernam eius coniecta: ef-
flato prius puluere ne se abscondat.ꝛ ita for-
mice cōplexibus trahitur.

Operationes

¶ Plinius libro vicesimonono. Grillsu pro A
dest purulentis auribus cum terra sua effo
sus.magnā huic animali phibet nigidiusau
toritatem magi quoqz maiorē. Auricule pa-
rotide psunt grilli siue illiti siue ad alligati.
¶ Idē libro tricesimo. Strumis quoqz sua- B

Aeret illinire grillum cum terra sua effossum.
A ¶ Porro ꝯ calculos ⁊ alias difficultates ve-
sice ꝓdest grillū aqua calida dilutū sumere: ꝑ
terea grilloꝝ crematoꝝ favilla ex oleo ꝑdu-
cit ad cicatricem vlcera. D ¶ Haly lib. regalis
dispositio. locuste longe. i. grilli: si collo suspē
dantur quartanā patienti ꝓdest. E ¶ Petr⁹ co-
mestor. Gurgulio vermis est q̄ nascit̄ in cor-
ruptione fabarū sicut tinea ex corruptione
oleꝝ: teredines ex corruptiōe lignoꝝ. Isido.
Gurgulio d̄r q̄r pene nihil ē aliud nisi guttur

Utriusq̄ cineris sunt abstersio ⁊ resolutio: ⁊
acuitas ⁊ exiccatio. B ¶ Adeps hericij probi-
bet effusiones ad viscera siīr ⁊ ei⁹ epar. C ¶ Ex
libro de naturis reꝝ. Carnes hericij vim ha
bent desiccativā ⁊ dissolutivā. ꝓprieq̄ stoma-
chum cōfortant. Ventrem soluunt. Urinaꝫ
provocant. Utiles sunt his qui ad lepram ⁊
elephantiam dispositi sunt.



Capitulum. lxxi.

Hericius. Aresto. Hercius ē aīal
spinosum: cui⁹ sensus apparet
multotiēs ꝯ vētos septētriona
les et meridionales. foramina
nāq̄ facit ī terra ecōtra in op-
posito. Pli. li. viij. Hui⁹ cute vestes expoli-
unt̄. Isi. Hericius ē aīal spinosuꝫ cooptū q̄d' in
de noīat̄: q̄r subrigit se qn̄ spinis suis claudit̄
q̄b⁹ vndiq̄ ꝓtectus est ꝯ insidias. Nā statim
vt aliq̄d ꝑsenserit ꝑmū se subrigit. ⁊ in globū
cōuersus: in sua se arma recolligit. ⁊ ita spi-
noso defendit̄ regimīe: vt nec ꝯtingi q̄dē pos
sit. Jorath. Hericius cū spinis dorsi colligit
fruct⁹. Si q̄d aūt ex hui⁹ cibo ceciderit: resi
duū a se totū reijcit ac revertit̄ vt spinas su-
as repleat. Hunc aūt lupus timet ac fugit.

Operationes

A ¶ Avicēna. Herici⁹ ali⁹ est terren⁹ hn̄s spi-
nas sagittales. Ali⁹ marinus: ⁊ ē species pi-
sciū. De q̄ infra tractatu de piscib⁹ habetur.



Capitulum. lxxij.

Hyena. Hieronym⁹ ꝯtra Jovinianū
inquit. Hyena esse aīal magnitudine
lupi. In cui⁹ collo sunt pili sicut col
lo equoꝝ. Pilos habet duros vel fortes sup
oīa spondilia. Pastores ⁊ canes singultādo
quasi esset canis deludit: ⁊ sic pecora come-
dit. Ipos etiā hoīes ⁊ canes deludens dep-
dat̄: ⁊ sepulturas cavat: qn̄ talem carnem co
medere desiderat. Ex libro de naturis rerū.
Hyena duas habet naturas: maris scꝫ et fe-
mine. Colorē cum voluerit variat: ⁊ in sepul
chris mortuoꝝ semp habitat: gemmā portat
in oculis. vel (vt aliq̄ dicunt) in fronte.

Operationes

A ¶ Hieronymus vt supra. Hyene fel: oculoꝝ
B claritateꝫ restituit. ¶ Stercus eius putrida
C curat vulnera. ¶ Plinius libro. xxviij. Cutē
quoq̄ capitis hyene. dicunt capitis dolori
D alligatam prodesse. ¶ Sic ⁊ caligines discu-
tit: ⁊ in claritatem suffusiones excitari mul-
taq̄ alia huiusmodi.

Capitulum. lxxiij.

G H I K



Hystrix. Hiero. ꝯ Iouinianū. Histrix in ethiopia frequētissime herinacio silis ē: spinis tergū hispida. Ex li. de na. re. Histrix ē bestia q̄ vulgo porcꝰ spinosus dr̄. circa marina habitat: ꝛ ī cauernis mōtiū. nōnunq̄ꝫ qn̄ scꝫ iuxta marina refugiū nō hꝫ. In terra ꝛ aq̄ potēter valet. Ira eiꝰ ad vindictā citissima ē. Un̄ plerūqꝫ iacul e tergo sponte laxatꝫ: canes vel hoīes vulnerat ꝓximantes. Ar esto. aīal qđ dr̄ porcꝰ spinosꝰ: loco pilorū sūt spine corij sui ꝛ coo piunt ipm vt pili. Sūt etiā illi sic arma: qb̄ ipm q̄rentē dephēdere torquet. Idē. Histrix ē aīal spino tergū hispidū. Quos plerūqꝫ laxatas emittit iaculatiōe volūtaria: vt assiduis aculeorū nimbis alias iaculis canes vulneret ingruentes.



Capitulum. lxxiiij.

Hircus. Ex li. de na. re. Capre mas. i. hircus: est aīal aīosuꝫ ac bellicosuꝫ ꝛ robustū. In fronte aūt ꝛ cornib; est illi maxīa fortitudo. Isido. Hircꝰ ē lasciuum aīal ꝛ sp̄ feruens ad coitū cuiꝰ oculi ob libidinē in trāsuersum aspiciūt: vnde ꝛ nomē traxit. Nā hirci ꝓm sue coitū sunt oculorū anguli. Huiꝰ natura adeo calidissima est: vt adamantem lapidem quē nec igni nec ferri materia domare valet. solus huiꝰ cruor dissoluat. Maiores hirci cūfij dicunt. a fluuio cū se in lybia vbi grādes nascuut. Actor. Est et iam hircꝰ aīal fetidū (vt dicit Isaac) si sumat in cibū peiorē sanguinē generat q̄ꝫ capra.

Operationes

A ¶ Pli. li. xxviij. Hircino sanguini tanta vis est vt ferramētorū subtilitas nō aliter acuat aut induret aut scabricia poliat vehemētius q̄ꝫ q̄ꝫ lima.

B ¶ Aui. Hircina caro mala est absolute: ꝛ facit euenire fe. q̄rta.

C ¶ Sanguis apostemata ca. cito maturat: ꝛ admīstrat pꝰ cōgelationē.

D ¶ Idē potatꝰ frāgit lapidē renuꝫ. Irixꝰ aūt ꝛ cū vino bibitꝰ armene sagitte nocumēto ꝯfert.

E ¶ Hircinꝰ adeps vehementioris est resolutiōis q̄ꝫ ceteri.

F ¶ Fel hircinū carnē malā eradicat. Fel hirci siluestris ē tiriaca morsib; venenosis.

G ¶ Isaac in dietꝫ. Sanguis cal. hirci punctus vt dicit Hyas. araneas ꝛ mala vulnera cōpescit.

H ¶ Plinius libro vbi supra. Sanguis caprinus cum medulla ydropicis auxiliatur. Efficacius autē si hircus lentisco pascatur.



Capitulum.lxxv.

Hynnulus. Bartholomeus de proprietatibus rerum. Hynnulus cerui est filius: ab hynnendo est dictus. Isidorus libro duodecimo. Hynnulus anial quidem est debile et imbelle sicut damula: et est acutissimi visus et velocis cursus. mr aut ei ipm in specubus et antris et locis vmbrosis abscondit: et illum vltra spineta et tubera saltare instruit. Carnes habent teneras et digestibiles propter motus frequentiam. Et si fuerit castrat' anteque crescant eius cornua. caro eius melior et temperatior in siccitate et calore. Et si fuerit castratus anteque cornua habuerit: nunque ei vlterius crescent. Et si post nunque ea abiciet nec mutabit. Arestotiles libro octauo Hynnuli serpentibus contrariantur miro modo.

Operationes

A ¶ Plinius. Qui fuerit inunctus eius sepo vel sanguine a serpente illo die nō tangitur.

B ¶ Et eius coagulum est summū remedium in venenis: vt dicit Plinius libro. xxviij. capitulo nono.



Capitulum.lxxvi.

Iaculus et Ipnalis. Isidorus. Iaculus ē serpens volans. De quo Lucanus. Iaculique volucres. Exiliunt enim in arboribus: et dum aliquod animal obuium fuerit iactant se super illud et perimunt: vnde et iaculi dicti sunt. Iorath. Iaculus serpens volatilis: animal quodcunque occurrit ei dum volet interficit. Et est alius quo sine sensu doloris animal moritur. Alius qui si quem tetigerit dolore diurno fatigabitur: et postea moritur. Ex libro de na. re. Iacul' est serpens qui volans alis arbores subit et i eis delitescit. Ex quibus vi maxime turbinatus: penetrat animal quodcūque obuium inuenerit. ¶ Ipnalis. Isidorus. Ipnalis est serpens ab aspide gen' trahens q somno qs mordet interimit. Veneno enī immittit somnū: q nullo impulsu deserit infectum. Hunc oleo patra sinistro brachio suo apposuit iuxta suum anthonium se collocans: vt ei' attactu dormiret: et vitam quieta morte finiret.



Capitulum.lxxvij.

Icinus et inachlin. Isidorus. Icinus est animal terrestre quod vulgus vocat. a quo ericinus marin' nomē traxit. Actor. De icino marino q est echin' appellatus: de q infra in tractatu de piscibus dicetur. Icinus autē terrenus similiter pluribus appellatur nominibus: scilicet echin': ericius: et herinaci'. Que. s. nomina quandoque scribuntur cum aspiratione: quandoque sine illa. et ideo de hoc animali dictū ē supra. ¶ Plinius libro octauo. In achlin ī scadinania ferunt nullo suffraginū flexū. Ideo nō cubantem: sed arbori in somno eccliuē: eaque incisa ad insidias capi: alias est velocitatis memorate. labrum ei superius est pregnande. Et

ob id retrograditur in pascendo ne in priora tendens inuoluatur.

Operationes

¶ Dyascorides. Echini terre corium combustum: ⁊ pice liquida cõmixtum alopitijs medetur. ¶ Carnes eius cũ oximelle bibite nefreticis singulare est presidiũ. ¶ Yposarchis ⁊ ydropicis cõtractis ⁊ strumaticis ⁊ colericis siccat intraneorũ reuma. ¶ Jecur eius in testa siccatum in feruenti sole atq; repositum ⁊ inunctum mirifice sanat iam dicta.



Capitulum. lxxviij.

Lacertus. Isidorus. Lacertus est reptile genus sic vocatus: eo q̄ habet brachia: ⁊ quattuor pedibus innitit̄. Genera vero lacertorũ plura sũt: vt botracha: salamandra: saura: stellio. Ex libro de naturis rerũ. Lacertam potius vermẽ dicunt q̄ȝ serpentẽ: quia clemẽtius ferit. sibilat tamẽ vt serpens ⁊ caudam habet consimilem: linguamq; bifidam ⁊ pilosaȝ. pedib⁹ vero graditur. huic animali nulla est memoria: ⁊ ideo non cubat: oblita quidem in quo loco sit enixa. per se erumpunt catuli numero vndeni. Quidam dicũt fetus a matribus deuorari. Lacerte sunt in India numero pedum. xxiiij. colore fulgenti. Glosa super Leui. xi. Lacerta immundũ animal s̄m legem in sepulchris habitat: ⁊ inconstantiam vite signat.

Operationes

¶ Auicẽna in. ij. canone. Lacerte natura stellioni vicina est sed melior. ¶ Sanguis eius confortat visum. Stercus eius albugini cõfert oculi ⁊ prurituj: ⁊ visum acuit: collorẽq; bonum efficit. ¶ Idem in. ij. canone. Lacerte caro mortificans est. ⁊ ei qui bibit eam accidit apostemata lingue: ⁊ pruritus et dolor capitis ⁊ adustio ⁊ tenobrositas oculorũ.



Capitulum. lxxix.

Lamia ⁊ lauzanum. Ex libro de naturis rerum. Lamia est animal magnũ ⁊ crudelissimum: nocte siluas exit et hortos intrat: arbores frangit: earumq; ramos dissipat: ⁊ hoc per brachia fortia nimis ad omnem actum abilia. Cumq; superuenerint homines ad prohibendum: pugnat cum eis ⁊ mordet eos. Hoc autem in eius morsu mirabile est (vt Arestotiles refert) q̄ homo sauciatus lamie dentibus nõ sanatur a morsu donec rugientis bestie vocẽ audierit. Glosa super Isaiam. Lamia pedes habet equinos: cetera vero capris conformia. De qua dicit ꝓpheta: Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requiẽ. Glosa sup Treñ. Lamia dr̄ q̄si lania. q̄r durior ⁊ crudelior ē suis fetib⁹ q̄ȝ cetere bestie. fert̄ enĩ eos laniare ⁊ inde eos lactare. Sicut scriptũ est: Lamie nudauerũt mãmas. ¶ Ex li. de na. re. Lauzanũ ē aĩal a cui⁹ crudelitate nulla bestia eẽ tuta põt. Nã ⁊ ipa leonẽ omib⁹ formidabileȝ deterret: suo tamẽ

genere parcit. in cetera grassatur: q̄ reliquas bestias depredatur. Et cū hoc scelus ī alijs persequatur: proprie tamen iniquitatis non meminit.



Capitulum. lxxx.

Leo. Jsidorus. Leo vocabulum habet inflexum ex greco. Leo siquidez grece rex interpretatur latine: eo q̄ sit princeps omniū bestiaꝝ. Aresto. Leo est anīal audax: forte: largum: nobile: magnanimū. Hui⁹ generis mas habet comas. Leo ē ex anīalibꝫ quadrupedibꝫ: que fissa sunt in extremitatibꝫ. vncos habet vngues ⁊ incuruatos. Mingit ad posterius: ⁊ in modū canis eleuat crus. Lunqꝫ os suum aperit: odor ab illo exit. Animal est multorū digitoꝝ. habet quinqꝫ digitos in pedibꝫ anterioribꝫ: ⁊ q̄ttuor in posterioribus: vt linx ⁊ canis ⁊ lupus. Ex libro de naturis rerū. Leo fetidus ē maximeqꝫ in ore. dormiens apertos habet oculos. Cum autē dormit in naui: periclitat̄ nauis. Jsidorus. Leonum virtus est in pectore firmitas ī capite: animos eoꝝ indicat frons ⁊ cauda. Arestotiles. Leo ergo est anīal forte. Dentes habens acutos vt serram: ⁊ fissuram oris terribilē. Ossaqꝫ durissima ac pene omnino nō medullata. Plini⁹ libro octauo. Vrso quidē est caput inualidissimū: qđ econtra leoni est fortissimū. Phisiologus. Leo cacumina montiū amat ire. Et cum a venatoribus queritur ordinem eorum sentit: sua vestigia cauda regit: vt p ea venatores eum inuestigare nequeant. Ex libro de naturꝫ rerū. Leones adeo sunt calide nature: vt oī tempore desiderent coire. Feminis magna libido coitus: ⁊ ob hoc maribꝫ ira. Nec hꝫ in pectore duas mām̄illas: in medio scꝫ ventris. ⁊ has paruas respectu sui corpis: qꝛ modici lactis est. Solin⁹. Leones aūt auersi coeunt. leene pmo fetu q̄nqꝫ catulos parit ⁊ educat. deinde p singulos numero detrahunt annis insequētibꝫ. ⁊ postremo cū ad vnuꝫ materna fecunditas redijt: sterilescūt in eternū. Phisiologus. Leonū itaqꝫ fet⁹ pducti vsqꝫ in diē tertiā sunt mortui. Nā leones quidē calidissimi sunt natura. qđ pbat eoꝝ nobilitas ⁊ fortitudo cū audacia ⁊ iracundia. Fetus aūt humiditatē habent ex generis temperie: q̄ siccate cōplexionis ⁊ caliditate viscosior reddit̄: ⁊ maxime circa cerebrum dominante siccitate: ⁊ sibi anīali spiritu cooperante. vnde cum opitulāt̄ nerui: spirit⁹ nō possūt ingredi: nec virtutes ad actiones suas mouere. Parentibus ergo rugientibꝫ circa fetū spinas p os ⁊ aures ⁊ poros capitis ingrediētes pbent fetui motū. Jsidorus. Leo ⁊ leena cum genuerint catulū tribꝫ diebꝫ ⁊ noctibꝫ dormire fertur. Tunc deinde pris fremitu vel rugitu velut tremefact⁹ cubilis locus: suscitare dꝛ catulum dormientē. Jorath. Leo minimū solicitus de se ⁊ catulis suis dormit apertis oculis q̄si vigilantibꝫ. vestigiaqꝫ sua terrā cauda spargens operit vsqꝫ ad antrū suū. ¶ Rasis in Almansore. Leo p mure fugit. Pro ligno q̄ꝫ quod dicit̄ sethin timet. Elleborus etiam et squilla canes ⁊ leones plurimasqꝫ beluasqꝫ interficiunt. Esculapius in libro de mēbris. Ceterum si sup cortices quercus calcauerit zarum: id est leo formidabit cōtinuo.

Operationes

A ¶ Jsaac. Leonina caro ceteris est calidior: grossa: grauis ⁊ difficilis. si comedat̄ dolorē ⁊ torsionem in ventre generat.

B ¶ Esculapius. Leonis caro fantasticos sanat: auriū dolori ⁊ omni alij valet. Si q̄s sederit sup pellem leonis: recedēt ab illo emoroides.

C ¶ Qui vero linit corpus suū sepo renum leonis terrentur ab eo lupi.

D Haly. Adeps leonis calidior est ceterꝫ ⁊ fortioris dissolutionis in apostemata dura.

E ¶ Dyascorides. Adeps leonin⁹ omnibꝫ quadrupedibꝫ calidior est ⁊ minus extenuatorius. Vetus autem factus a se ipso calidior sit

F ¶ Dicitur autem venenis esse contrarius: cū

vino adhibitus bestias omnes expellit: ⁊ est repcussibilis odoris quo serpentes persequitur. ¶ Auicenna. Adeps leonis resoluit duricias apostematū. ¶ Plinius li. xxviij. Leonis adeps cum rosaceo cutem in facie custodit avicijs. Candoremq̄ꝫ seruat ⁊ sanat adusta. ¶ Idem etiam adeps cum rosaceo quotidianis febribus prodest: eo ꝙ perunctus eo bestie fugiunt. ¶ Fel eius aqua addita claritatem oculis inunctis facit. Cor in cibo sumptum quartanis medetur.

G H I K



Capitulum. lxxxj.

Leopardus. Ex libro de naturis rerum. ¶ Leopardus est animal quod ex leena ⁊ pardo generatū est: colore subrufo: maculas habet nigras per totū. Femina mare fortior est. Cū pardus bestia crudelissima sit: aliquando quidem domesticaꝛ: sed nunq̄ꝫ sic: vt sue crudelitatis obliuiscatur Domesticatur autez ad venandū: itaq̄ꝫ cum ad predam in venatione ducitur: relaxaꝛ: q̄ꝫ si quarto vel quinto saltu capere nequerit ferociter iratus subsistit. Et nisi statim venator furenti bestiam aliquā obtulerit: cui⁹ sanguine placetur in ip̄m venatorē vel in quoslibet obuios irruit. Impossibile est enim eum placari nisi in sanguine: sed in hoc ꝓuidi sunt venatores vt agnos penes se vel alia animalia semꝑ habeant q̄bus iratos placant. Ubi si. Leopardus est animal leoni simile in capite ac membroꝝ dispositiōe. licet nō sit tam magnus nec tam robustus. hic ab homīe ita domesticatur vt eo sicut cane ad venandum vtatur.

Operationes

Auicenna fn. ij. cañ. Fel leopardi venenū est ex eo bibenti: cui vomit⁹ ⁊ tyriaca ꝓpria subuenit. ¶ Esculapi⁹. Leopard⁹ cū hoīs craneum viderit fugit. ¶ Rasi. Herba q̄ꝫ q̄ leopardi herba dicit̄: leopard⁹ terreẗ. ¶ Et herba q̄ leopardū strangulans dicit̄ interficitur.

A B C D



Capitulum. lxxxij.

Leonthophonos: ⁊ leucrocuta. Isidorus. Leonthophonos ē bestia modica ex eo vocata: q̄ꝛ capta exuritur eiusq̄ꝫ cinere asperse carnes. ⁊ posite ꝑ cōpita semitarum: leones necant si quantulūcunq̄ꝫ ex illis sumpserint. Solin⁹. Propterea leones eas naturali odio premūt. ⁊ vbi facultas daẗ morsu quidē abstinent. Plinius li. octauo. Leonthophonon accepim⁹ paruum animal vocari: nec alibi q̄ꝫ vbi leo gignit̄ nasci. Quo gustato a leone tanta ei vis inest vt ceteris quadrupedum imperitans illico expiret. ¶ Leucrocuta. Solin⁹ ⁊ Plinius libro octauo. Leucrocuta velocitate precedit feras vniuersas. Ipa est asini fere magnitudine. ceruinis clunibus: collo: cauda: pectore: ⁊ cruribꝰ: leonis caput: ore vsq̄ꝫ ad aures dehiscente. dentiū locis osse ꝑpetuo. hancq̄ꝫ feram humanas voces [illegible]dunt imitari. Nam voce loquentiū hominū sonos emulaẗ apud indos inuenitur. Actor. Uidetur leucrocuta eadem esse bestia que superius vocata est ceucrocata. Et fortassis ex scriptoris vicio puenit hec nominum variatio.



Capitulum.lxxxiii.

Lepus. Isidorus. Lepus q̄si leuipes q̄r velociter currit. velox enī est aīal ⁊ satis timidū. Actor. Lepus est aīal mollissimū: debile: timidū ac fugitiuuꝫ: auriculatum. habet crura retro longiora vnde ⁊ facilius ascēdit q̄ꝫ descendit. Immūdus est ſm legē: q̄r nō ruminat: sed quidem vngulam diuidit. In petra cubile suū collocat. Apertis oculis dormit. habet aūt simul vtrūq̄ꝫ sexum. Vn̄ Therentius. Tute inq̄t es lepus: ⁊ palpamentū q̄ris. q̄si dicat: ex quo nunc femine nūc maris vsurpas officiū q̄cq̄ꝫ q̄ palpes queris mulierē. habet aūt lepꝰ labia semper ī motu. Ambrosiꝰ. Lepores cognouimꝰ hyeme albescere: estate aūt in colorē suū redire. Testāte Plinio: Lepꝰ nunq̄ꝫ pinguescit.

Operationes

A ¶ Ysaac. Lepus licet siccꝰ sit ⁊ grossum sanguinem generet. melior tn̄ est hircis ⁊ capris iuuenibꝫ: pinde valet siccas habere volētibꝫ

B cōplexiones. ¶ Cōtrariꝰ vero est tenuē dietā seruātibꝫ. Aui. Lepus siluestrꝫ fri. est ⁊ siccꝰ.

C stomachū mūdificat. ¶ Sanguis eius mundificat pannū: ⁊ cinis capitis eiꝰ medet alo-

D picie. ¶ Cerebrum eius assatū ꝯfert tremori

E accidenti in successione egritudinis. ¶ Item cum eodem cerebro gingiue puerorūꝫ mundunt. Proprietas q̄ in ipo est: velociter oriuntur dētes: ⁊ facile exeūt sine dolore. ¶ Co

F agulū eiꝰ meliꝰ est oībus coagulis in specie.

G hoc cū aceto bibitū cōfert epilētie. ¶ Idem cū tiriaca ⁊ aceto valet venenosis. ¶ Itē caro leporis ca. est ⁊ sicca: assata bona est visceribꝫ intestinorꝫ. ¶ In iure carnis eius sedent podagrici: ⁊ hn̄tes dolorez iuncturarꝫ. ¶ Et eius opatio pxima est opatiōi iuris vulpis. ¶ Item cerebellū leporis comestū tremorez corporis tollit. ¶ Caput eiꝰ cōbustū cū sepo vrsino: et vt cataplasma adhibitum alopitias emēdat. ¶ Coagulum eius bibitum abstinet menstrua. ¶ Coagulum cum aceto lac in mulierꝫ mām̄is coagulatum dissoluit



Capitulum.lxxxiiii.

Leuiathan. Actor. Leuiathā hebraice dr̄ draco. Fertur aūt q̄ draco ⁊ in terra serpit: ⁊ aq̄s natat ⁊ in aere volat. vnde ⁊ in Asiā tribꝫ noībꝫ appellatꝫ scꝫ serpens ⁊ cetus ⁊ leuiathan. Loquens enim in spū de diabolo sub leuiathan typo. ita dicit pphēta. In die illa visitabit dn̄s ī gladio suo duro ⁊ grandi ⁊ forti sup leuiathan serpentez vectē: ⁊ sup leuiathan serpentem tortuosum: ⁊ occidet cetū qui in mari est Iorath. Leuiathan pisci aspedo: id est ceto frequenter insidiatꝫ: ⁊ pugnat cū eo. Omnesq̄ꝫ pisces maris q̄ pugnaꝫ vident inter illos subito ad caudā ceti confluunt. Et si qñ cetus ab illo deuictus fuerit morietꝫ. ⁊ ipi statim. quos enī cauda cinxerit mox deglutit. q̄ si cetꝰ superari nō potuerit: tūc leuiathan a faucibꝫ suis fetidissimū odorē cū aqua emittit. Cetꝰ aūt ecōtrario aquā haurit: ⁊ respuit: ⁊ odorē fetidissimū repellit: ⁊ sic se suosq̄ꝫ saluat ⁊ defendit.





Capitulum.lxxxv.

Lanificus ⁊ limax. Ex li. de naturis rer. Lanificus vermis est longius maculosus ex multis distans pedibus: sparsim colore albus. hic lanam sericam ex proprijs visceribus operatur: ⁊ arboris mori folijs vescitur .q.s. cibus mediantibus ipsius visceribus in lanam conuertitur. Itaque lane sue fusos in ramusculis faciunt. ⁊ in circuitu sui operantur: ita vt perfectis fusis vndique in opere suo includantur: post hoc exitum sibi faciunt in summitate fusorum. Egredientesque natura mirabili mutati prorsus apparent a forma priori. adeo vt vermes qui repebant innumeris pedibus habentes alas iam apti sunt ad volandum. Demum venerem ineuntes diebus tribus coeunt. quo pacto masculus moritur. femina vero ordine iterato oua parit innumera: substrato sibi panniculo vel albo vel rubeo: deinde emoritur. Tunc panniculus cum ouis suscipitur: ⁊ vbi non possit hyemis attingere frigus reponitur: postea calore. veris inualescente: oua ad solem exponuntur ⁊ calore fouentur: donec animata in vermes formentur. Isidorus. Limax est vermis limi dictus: eo quod in limo nascatur: vnde ⁊ sordibus semper ⁊ immundus habetur. Actor. De hoc plenius infra dicetur: vbi de testudine agetur.

Capitulum.lxxxvi.



Linx. Isidorus li. duodecimo. Linx dictus est: quia in luporum genere numeratur. bestia maculis in tergo distincta vt pardus: sed similis lupo. Algazel super libro de sensu ⁊ sensato. Maxime vero linx animal mouetur secundum sensum visus. Nam visu suo res solidas penetrat. ⁊ si aduenit ei res transparens: cito execatur ab ea. Ex libro de naturis rerum. Linx adeo perspicaces oculos habet: vt subtilitate visus etiam solida corpora penetret. Constat enim quod oculus in humido situs est iuxta philosophum. Tria vero sunt in aqua: scilicet aque humiditas: dyaphoneitas ⁊ lucis perspicuitas. et hanc vltimam communicat cum natura celesti. Linx habet linguam serpentis similem: sed maiorem quam in longitudinem magnam porrigit: et collum circumagit: vngues habet grandes. vnicum fetum facit: ⁊ vrina eius in gemmam durescit.

Operationes

¶ Plinius libro vicesimooctauo. Pruritus corporum vrine lincis stillicidio traditur inhiberi. ¶ Eademque prodesse monstratur et vngularum dolori. ¶ Iorath. Linx habet formam vt lupus. Lapisque ligurius ab eius vrina distillatus septem dierum spacio generatur. ¶ De hoc lapide inferius in tractatu de lapidibus dicetur.

A

B

C

D

Capitulum.lxxxvii.



Locusta. Ex li. de na. r. e. Locusta est aīal q̄drupes ꝑuū ad cunicli fere modū: caput hꝫ carnosum ⁊ magnū ⁊ comestibile: habitatq̄ꝫ circa ꝑtes hierosolyme. Uñ Johes baptista hmōi carnibꝫ aīaliū vescebat̄. Quidā tñ dicūt ꝙ circa iordanis terrā ē herba dulcꝫ ad edendū q̄ locusta vocat̄. ⁊ hmōi cibo nō locustis aīalibꝫ Johes vtebat̄ hoc anīal gregatim incedit. Uñ Salomon ait: Regē locusta nō hꝫ ⁊c̄. Qd̄ vtiq̄ꝫ de locustis ꝓmibꝫ intelligi nō pōt: q̄ in multo timore sunt ⁊ nō ꝑ turmas: sꝫ solitarie ī cedūt. Dicit Ares. ꝙ femīa q̄dā locustā nutriuit ab eo tꝑe q̄ iuuenis ⁊ parua fuit: q̄ cū creuisset ꝑ se ⁊ sine masculo impꝑgnatam inuenit.



Capitulum. lxxxviii.

Lupus. Ex li. de naturꝫ rer. Lupus est aīal rapacissimū ⁊ fraudulentum. hunc nōnulli canē siluestrem esse dixerunt: q2 forma eius canis vlulatusq̄ꝫ consimilis: sed latratu caret. Audax est magꝫ eorꝫ genus qd̄ breue q̄ꝫ qd̄ longū est. Cerebrū eiꝰ crescit ⁊ decrescit ꝭm statū lune. ꝙ licet ī omnibus quadrupedibꝫ: in lupo tamen ⁊ in cane plus. Pytagoras. Oculū vero lupi eradicatum cum viderint quadrupedia: domestica timent ⁊ fugiunt. Et si qd̄ aīal minxerit supra vrinam lupi calidam non concipiet vnq̄ꝫ. Actor. Lupus vetidissimus est et rapidus. horrendum habet vllulatum. In vespe autē maxime esurit. vnde scriptū est: Judices eiꝰ lupi. Aresto. Lupus omni tempore agrestis est sicut ⁊ leo ⁊ vrsus. Est etiam fortis ⁊ astutus. Ambrosius. Lupus si primo hominem viderit: vocem ei eripit: ⁊ eū tanq̄ꝫ victor vocis ablate despicit. si autem se ꝑuisum senserit: ferociam deponit ⁊ currere nequit. Arestotiles. Lupi famem quidēꝫ diu portant: et post longa ieiunia multum deuorant. Lupꝰ gulose comedit sine masticatione: ⁊ vna die ꝙ ad tres dies sufficiet: nō aūt comedūt nisi carnes. Jsido. Lupi toto anno non ampliꝰ q̄ꝫ duodecim dies coeunt. Ex libro de naturis rerum. Lupi virgas osseas habent. Anno per duodecim dies coeunt: ⁊ solū eo tempore gregatim incedunt. Arestotiles. Lupꝰ coit sicut canis. Tempore coitus quando filios habet valde malus est.

Operationes

¶ Ex libro de naturis rer. Lupi corsi desiccetur ac seruet̄ multū dicit̄ fieri aromaticū. — A

¶ Jdem cōbustū contritum ⁊ potatuꝫ iuuat epilenticum. — B

¶ Phisiologus. Epar lupi siccatum ⁊ tritum ⁊ cū dulci vino sumptum: facit ad omnes distemperantias. — C

¶ Esculapius. Lupi caro cocta ⁊ esa: fantasticos sanat. — D

Adeps eius ⁊ fel quantū canis. — E

¶ Haly. Fimus albi lupi colice ꝓdest. — F

¶ Auicenna in secundo canone. Caro lupi mala est. Caro tamen luporum habentia rostra ⁊ vngues oculo confert ⁊ cōfortat ipm. valet etiā emorroidis sed abhorret eā stomachus. — G

¶ Phisicus. Nec solum lupi sanguis: sed etiā fimus confert in colica passione. — H

¶ Pytagoras. Homo in passione sua q̄ lunā senserit canini dētes. adib. i. lupi curant eum.

Capitulum. lxxxix.





Luther. Ex li. ð na. re. Luther ē aīal astutū ꝛ maliciosū: magnitudie muri legi: forma ꝑpe ꝯsili p̄terq̄ꝫ ī capite colore fuscū ꝛ nigꝝ: pelle nitēs cui mollioꝛ pluma pilꝰ est: cuiꝰ nitoꝛ nō de facili cedit vetustati. Vñ de pelle ipiꝰ fiūt ornatꝰ circa collū ī vestibꝫ viroꝝ ac mulieꝝ. hec bestia circa stagna ꝛ fluuios habitat: ibiq̄ꝫ foueas hꝫ: ꝛ fetꝰ facit: piscibꝫ viuit q̄s mirabili freq̄ntia venatur. Qui licet sub aq̄s diu viuere possit: respiraculū tñ ab aere trahit. Vñ q̄ñq̄ꝫ auiditate ꝑde gurgustiū. i. nassā ingredit̃. Et q꞉ tūc ne p̄ introitꝰ locū redire nec nassā tā cito discerpe possit: spm̄ in aere recupare nō valēs in aq̄s suffocat̃. Adeo ꝓo ciboꝝ cupida est ꝛ auara ꝙ pisces captos ī specu suo tāto cumulo cōgregat: vt ex putredīs eoꝝ fetoꝛe nō solū foueā sꝫ etiā aerē inficiat. Qð nō sine piculo sui q̄dā expti sunt: q̄ hāc bestiā cape voluerūt. a piscatoribꝫ aliq̄ñ domesticat̃ ꝛ arte inducit̃ vt pisces suo circuitu cogat picula retiū ingredi: suoq̄ꝫ iuuamine capi. Vñ magnū emolimentū dñis suis prestare videtur.



Capitulum. xc.

Lumbricꝰ. Isi. Lūbricꝰ ē ꝟmis itestinoꝝ sic dictꝰ: q̄si lubricꝰ: q꞉ labit̃. vel eo ꝙ ī lūbis fit: hoꝝ tria sūt gña. rotūdi: lōgi ꝛ lati. Haly ī li. regalis dispositōis. Lūbrici nascūt̃ ex hūoribꝫ flegmaticꝭ putrescētibꝫ ī intestinis vbi nascit̃ caloꝛ extraneus. Hos ipossibile ē nasci de sanguīe vel colera rubea. nā colera rubea cū amaritudīe ꝛ acuitate ac siccitate sua hmōi occidit aīalia. Sāguis aūt de venis vel arterijs nō exit: ꝛ si exierit ipa gignit cū passiōibꝫ alijs. Vñ passionē hāc hn̄t pueri flegmaticā ꝛ grossā hūiditatē hn̄tes cū dieta sua grossa ꝛ purgādi negligentia. Maxie ꝓo in autūno hec passio nascitur ex fructuū comestione ꝛc̄.



Capitulum. xci.

Luchaonē siue lichaonē ꝛ lintiscꝰ. Ex li. ð na. re. Lichaon ī orientꝭ ptibꝫ est bestia quā in gñe lupoꝝ nōnulli posuūt: sꝫ lupo lōgioꝛ ē: ꝛ hꝫ crura breuioꝛa ac dissimilia: ceruicē q̄ꝫ iubatā ꝛ mltipharia coloꝝ varietatē: saltu velox ꝛ inocua hoīm: venenatu viuit: hītū mutat ꝟm tpa. Nā hyeme hirsuta ē ꝛ pilis horrida: estate ꝓo nuda. Et h̄ idez vult Pli. lꝫ p alia ꝟba. Lintiscꝰ. Ex li. de na. re. Lintiscꝰ aīal q̄drupes ē vt dicit expimētatoꝛ ī li. suo qð ex cane ꝛ lupa nascit̃. Est enī vterq̄ꝫ pens adeo luxuriosus: vt odio natali sibi ꝯdicēte qð ē inter canē ꝛ lupū in copulā tñ ꝯueniāt ꝓpter luxurie delectamētū. Sicq̄ꝫ fit vt fetꝰ attrahat sibi colorē ꝛ mores vtriusq̄ꝫ. Pli. li. viij. A lupis galli canes ꝯcipi volūt: q̄ꝝ greges suū q̄sq̄ꝫ ductorē e canibꝫ ꝛ ducē hn̄t. Illū ī venatu comitāt̃: illi parēt. Isi. Lintisci dicūt̃ vt ait Plinius canes nati ex lupis ꝛ canibꝫ: cū inter se forte miscent̃.



Capitulum. xcij.

Maricomorion. Albertus in libro de naturis animaliū inquit: Maricomorion est bestia orientis raro visa: cuius magnitudo est vt leonis: coloris rubicūdi: tres ordines dentiū habēs in ore. Pedes sunt vt leonis. Facies eius et oculi: aures vt hominis. Cauda eius vt scorpionis. Agressui sonus eius vt tube: et voces imitantur hominis. Velocitas eius sicut cerui. Et deceptos homines deuorat.



Capitulum. xciij.

Mustela. Ex li. de naturis rerū. Mustela est bestiola subdola: catulos sedule nutrit: eosqȝ de loco ad locū sepius trāsfert ne forte inueniantur. hec rupes et cauernas inhabitat: diutissime dormit. Quando cum serpente pugnare vult. agresti ruta se munit: pinde sup oēm medicorū artē ruta esse dr: ita vt si mortuos fetus suos iueniat p herbam naturaliter notā rediuiuos faciat. De hac clemens papa dicit: quod ore cōcipit et aure parit. Mustela serpentes psequitur adeo vt ipm basiliscū interimat: sed eo interfecto cōmorit. sit ergo breuis corpe et ore: sed astutia magna et aniositate. vincit etiā aīalia magna agilitate corporis.

Operationes

¶ Auicēna in scdo canone. Ex imatura ficu cū herba fit emblastrū sup mustele morsum. A

¶ Idē li. iiij. Est aūt mustele morsus velocis doloris. cōtra quē fit emplastrū cū cepis et allijs. B

¶ Odor rute mustelā effugat. C

¶ Esculapius. Mustele cinis et sanguis eius elephanticiosas sanat. D E

¶ Plinius li. xxx. Humeri doloribus cinis mustele cum cera medetur. F

¶ Sanguis mustele podagris cōfert cū plantagine illius. pterea cinis mustele ex aqua potus freneticis pdest. Elephantiam quoqȝ sanat.



Capitulum. xciiij.

Mamunetus siue mamonetus et manticora. Isidorus. Mamonetus est aīal symia minus. in dorso fuscum: i ventre candidū: caudā habēs villosam: et colluȝ ita grossum vt caput. Vnde captū non ligatur per illud sicut cetere bestie: cū laqueus id tenere non possit: sed per ventrem. Habet autē propriissime faciē humane similē: nigrā dumtaxat et sine pilis, a collo desuper frontem

necest nasus ore ↄtinu⁹ sicut in symea. sȝ certum spaciũ inter vtrũqȝ sicut in hoīe. Inter has bestias ⁊ symeas odiũ est implicabile. bellũqȝ frequens. ⁊ licet virib⁹ nõ ꝓualeant. astucia tamẽ et animositate bellandi symeis preferuntur.

¶ Mãticora. Auicēna. In ptib⁹ Indie lupus qdā est. q̇ grece dr̄ Maricorion. latine scilicet Mãticora. tres habens dentiũ acies inferius ⁊ superi⁹. Est autem magnus et pilosus eiusqȝ pedes vt leonis. facies ⁊ oculi et aures vt hoīs. fusci sunt ei⁹ oculi. ⁊ color est rubicundus vt minij. Cauda eius est vt scorpionis agrestis. Et in ea est rubedo. Ipseqȝ pilos eijcit ⁊ loquitur ⁊ hinnit. vox ei⁹ est vt vox tube et velociter currit sicut ceruus. Estqȝ agrestis hominem comedens.



Capitulum. xcv.

Marcatus. Albert⁹ in li: de na. aīalium. Marcat⁹ est animal figure mustele. sed q̄ntitatē hȝ catti. sȝ lõgi⁹ est. ⁊ bina habet crura. in dorso ventre ⁊ gutture. album sicut mustela. vngues hȝ breuiores q̄ȝ cattus. et duoꝝ generꝝ. vnũ fagorũ. ⁊ alterũ abietũ dictũ sȝ illud qđ nidificat in abietib⁹ multũ est pulchrius ⁊ cõmiscent̄ sibi mutua ambo genera. pellis vtriusqȝ est ꝓciosa. Genera isti⁹ aīalis ⁊ mustele habent hoc ꝙ cũ sint iracunda valde: efficiũt effetida. Et sũt animalia vix vnqȝ quiescentia: etiam quando domesticantur.

Capitulum. xcvi.



Melo. melosus. ⁊ monoceros. ysi. Melo dict⁹ est eo ꝙ sit iocũdissimo mēbro. vel ꝙ fauos petat ⁊ assidua mella captet. Est āt animal q̄drupes armatũ vngulis. Glosa sup eplaȝ ad hebreos. Melo vel melotus ē aīal qđ ⁊ taxus dr̄. cui⁹ pellis hispida valde melota vocat̄. Vñ de q̇busdam sanctis antiq̄uiorib⁹ legit̄. Circũierunt in melotis. Ex li. de na. rerum. Melosus est bestia valde magna que trunculentos hostes ꝓsequit̄ tanq̄ȝ ad hec creata. Rictus habet ingentes. dentes quoqȝ fortes ⁊ ꝓminentes. cũ q̇b⁹ audacter bella cũ aduersarijs patitur. Hec cũ hominib⁹ fortib⁹ terribilis sit. pueroꝝ tamen innocentiā ⁊ eorũ paruitatē mirabiliter ꝑhorrescit eoꝝ verba fugit. in q̇ digne magnificentia innocētie cõprobatur. ¶ ysiđ. Monoceros est monstrũ. equino corꝑe. ceruino capite. cauda suilla. pedib⁹ elephantis. mugitu horrido. cornu tamē vno scȝ acutissimo. in medio frontis armatũ. Captum q̇deȝ ꝑimi potest: sȝ nũq̄ȝ domari. imo (vt dicit Iacob⁹) ꝙ nũq̄ȝ viuũ in hoīs potestatem venit. quia vinci se cernens furore vitam exuit. Phisiologus. Monoceros est aīal pusillum: edo simile. acerrimũ habens vnũ cornu in capite. Pli. li. viij. Asperrimā feram monocerontem reliquo corꝑe equo similem: capite ceruo. pedib⁹ elephante. cauda apro. mugitu graui. vno cornu nigro media fronte duoꝝ cubitorũ eminente. viuam capi negant.

Capitulum. xcvii.



Migale. Actor. Migale bestia q̄ cameleō ti silis esse dr. Rudolph⁹ sup Leuiticū. Migale dr q̄i mus gulosus. Est āt ꝛ fraudulē tus. Nam cū dolo rapit q̄ postea vētri cōmittit Aui. Migalū esse dixerunt aīal min⁹ mustela. Color ei⁹ ad citrinitatē decliu⁹ est cū subtilita te ꝛ tenuitate. Lōgitudo oris ei⁹ ē ad vltimū. ꝛ labiū ei⁹ in vltio. cūq̧ videt aīal: salit ad ipm. ꝛ cū testiculis ei⁹ suspēdit. Dixerūt āt q̄daȝ q͛ hȝ formā ꝛ colorē muris. Verū muscida ei⁹ ē acu ta ꝛ oculi pui. Dētes ei⁹ hn̄t tres ordines. ꝛ acci dūt in circuitu morsus vesice plene hūiditate sanguinea sup bases fustas. Nūq̧ aūt puenit res ad pūcturā in intestinis ꝛ difficultatē vri ne. sudorēq̧ frigiduȝ corruptū. Aū ergo cadit caro corrupta curet vulnus curatione sua.



Capitulum. xcviii.

Mulus. Ex li. de na. re. Mul⁹ ex azino ꝛ equa genit⁹. habet q̄dam azini ꝓpria sez aures lōgas. hinnitū horridū: cru cē in humerꝫ. pedes exiguos. ꝛ corp⁹ macilētū. reliq̄ ꝓo vt hȝ equ⁹. Mule nūq̧ ꝯcipiūt. quia menstrui supfluitas in eis cū cibo trāsit in nu trimentū corpis. Itē sanguis q̄ natura nō in digerit exit cū supfluitate vesice. Est ꝛ alia ratio qm̄ h̄ aīal extra naturā generatū est. ꝛ ei⁹ natu ra diuersificata est in equo q̄ calidus nature ē. ꝛ azino q̄ sūme frigiditatꝫ. Itaq̧ in fetu diuersi fice generato ꝛ malo cōplexionato. non pōt esse ꝯcordantia ptiū ꝛ ordinata natura. vt quasi ex ꝓpria sibi silē generet: q̄ nullaȝ ꝓpriā generis sui substantiā hȝ: itaq̧ in aīalibꝫ romanoꝝ mulas peperisse ꝓdigiū loco habitū est.

Operationes

¶ Auicenna. Muloꝝ pellis ac similium cinis ponitur super adustionem ignis. A

¶ Et vlcera calefacit qn̄ nō sunt cū apostemate B
Est etiā medicamē excoriationi pedū a calcia mentis atq̧ coxaꝝ ꝛ fistulis.

¶ Belbetus in libro de sensibus. Si domum fumigaueris cum vngula muli sinistra: non re manebit in ea sorex. C

¶ Plini⁹ libro vicesimo octauo. Cinis vngu larum muli vel mule ex oleo mirtino alopiti as replet. D

¶ Esculapius. Auricule mule ꝛ burdonis te sticuli si ferant a muliere nō ꝯcipiet. E



Capitulum .xcix.

Mus. Ex li. de na. re. Mus est bestiola panis cupida: ⁊ eoꝝ que ex frugibꝫ ad humanos vsus fiūt. In ꝑquirēdis cibis solertissima. ꝓ quibꝫ etiā nulla plerūqꝫ vitat ꝑicula. eorumqꝫ cupidine duriores solidasqꝫ materias demolit̄. Porro si ī aqua bibit̄ morit̄. qꝛ valde humide nature est. Plinius li. viij. Muriū plura genera sūt ī regione cyrenaica. Alij lata fronte. alij acuta. alij erinacioꝝ genere pugentibꝫ pilis ⁊c. Ex li. de na. re. In oriēte mures magni sunt ad modū vulpiū. q̄ aīalia perimunt hoīes licet nō occidāt: morsibꝫ tamē molestant. In arabia mus magnꝰ inuenit̄: cuius pedes anteriores sunt magni. scꝫ vniꝰ palme. posteriores aūt vnius digiti.

Operationes.

A ¶ Pliniꝰ lib. xxij. Cameleonis herbe succus additis aqua ⁊ oleo mures in se contrahit ac necat. ni protinus aquā sorbeāt.

B ¶ Idem libro vicesimo quarto. Taxi quoqꝫ arboris fumus necat mures.

C ¶ Idem libro vicesimo quinto. Elleboꝝ etiam polente admixtum mures necat.

D ¶ Idē li. xxvi. Porro si cerebꝝ mustele coagulo addat̄: dicunt caseos a muribꝫ nō attingi.

E ¶ Idem libro vicesimo septimo. Aconitū e longinquo mures colere necat.

F ¶ Rasi in Almansore. Mures de domo calcanto fumigata fugiunt.

G ¶ Auicenna in scd̄o canone. Squilla est cepe muris sic nominata. qꝛ murem interficit.

H ¶ Item argentū viuū interficit mures.

I ¶ Ad effugandū mures mus masculus excoriatur ⁊ in domo dimittit̄ aut castrat̄. aut cauda eius abscindit̄. sꝫ excoriatio fortior est.

K ¶ Itē mus assatꝰ ⁊ siccatꝰ ⁊ infanti datꝰ ad comedendū abscindit saliue fluxū ab ore eiꝰ.

L ¶ Sanguis muris eradicat verrucas.

M ¶ Stercus autem eius super alopitiam ꝯfert prieqꝫ adustum ⁊ cum cepe linitum.

N ¶ Cum thure vero ⁊ aqua mellis bibitū frangit lapidem.

O ¶ Item sumptū soluit ventres puerorum.

P ¶ Et quando cū aqua coquit̄ ⁊ sedat in ea qui difficultatem vrine patitur confert ei.

Q ¶ Ex li. de na. re. Fimus muris vehemēter laxat. vñ ⁊ trutāni medicinā ex eo acuunt.

Capitulum .c.



Muscus. Ex li. de na. re. Musquelibꝫ ⁊ muscꝰ. ysi. Musquelibet ē bestia oriētis capole magnitudinē habēs. ī cuiꝰ inguine crescit apostema d̄ collectis hūoribꝫ. Qd̄ cū maturatū fuerit: collidit illd̄ ⁊ fricat ad arborez. sicqꝫ soluit̄ ⁊ decurrit sanies. ibiqꝫ ꝯdēsat̄ ⁊ indurat̄. ⁊ hmōi substātia muscꝰ vocat̄. Dꝛ etiā caro eiꝰ ⁊ stercꝰ dꝛ mūscꝰ. sꝫ ille mlt̄o melior ē q̄ ab apate currit. Muscꝰ odore ꝑdito ꝟtutē suā ī fetoribꝫ ⁊ latrinis recuperat ꝯ fetorē eluctat̄. ⁊ sic q̄si luctamine reuiuiscit. ¶ Cōstan. ī li. ḡduū. Muscꝰ pustula ē in vētre cuiusdā aīalis. d̄ q̄ etiā superiꝰ dictū ī ca. lxviij Gazelle. Et est capreolo silē. qd̄ est in India. Idem in pantegni. Muscus maior est ī aromatibꝫ cali. ⁊ sic. in. iij. gradu.

Operationes

A ¶ ysid. Muscus valet ꝯ sincopim: ⁊ cordis debilitatē: cerebriqꝫ ⁊ epatis et stomachi.

B ¶ Cōstā. li. vtū. Muscꝰ ꝯgruit seniorībꝫ ī hyeme mēbra q̄dē defecta aromatizādo ꝯfortat: timorē melācolicū amputat ⁊ audaciā prestat.

C ¶ Itez sternutatōes de musco ꝯ paralisim adiuuāt.

D ¶ Item muscus mittit̄ in collirijs ⁊ pillulis seu pulueribꝫ oculoꝝ. cuiꝰ vires albugies oculoꝝ extenuāt. noxiū humorē desiccant.

E ¶ Dyas. Inunctū capitis grauedinē depellit. eiqꝫ vires ꝑstat. qꝛ ꝯfortatiuū est.

F ¶ Dat solatiuz mēbris oīibꝫ: ⁊ fortitudinē auget ossibus.

G ¶ Scotomiā ex abundanti hūore natā emendat. somnū inuitat: ventrem stimulat.

H ¶ Cor et oīa viscera ꝯfortat in modū cathaplasme impositū. Lege superiꝰ ca. Gazel. ⁊ plenius inuenies de musco.

Capitulum .ci.



Musio. ysi. Musio catt⁹ est appellat⁹ eo ꝙ muribꝫ sit infest⁹. Ex lib. de na. rerũ. Musio siue murileg⁹ aut catt⁹ grece dr̃ qĩ astu tus. Aial est ĩmũdũ ⁊ venenosũ: ⁊ oim muriũ gen⁹ ꝑseqꝛ. cũ bufonibꝫ q̃z pugnare dr̃. quoꝝ licz venenat⁹ aculeis repugneꝛ: nõ tñ necanꝛ. Mures captas ꝓmo lusibꝫ afficit. post h̃ illu sas comedit. Oculis carbũculosis tam acute cernit ꝙ etiã in antris tenebrosissimis velut ĩ luce etiã mures aspicit. Dẽtes hꝫ ad modũ ser re. pilos circa os hꝫ. q̃bꝫ ablat⁹ audaciã perdit. Blãdicijs gaudet. loca calida diligit. Vñ p̃ nimia pigricia pellẽ suã comburit. hoĩs manu cõtrectari gaudet. ⁊ ad ludũ facilime ꝓuocaꝛ. Loturã faciei lambẽdo ꝓoribꝫ pedibꝫ imitaꝛ. Libidine impatientissime accendiꝛ. Et liben ter coitus tempe siluestre efficitur



Capitulum. cij.

Multipes. ysi. Multipes est ṽmis ter ren⁹ a multitudie pedũ vocat⁹ q̃ 𝔷ct⁹ in globũ cõplicaꝛ. Nascitꝛ sub petris ex hũore ⁊ terra. Aresto. Aial anulosum longi corpis ⁊ multoꝝ pedũ eq̃lẽ hꝫ anulositatẽ. ⁊ vi uit aliq̃ntulũ post capitis abscisionẽ. Itẽ p fu mũ storacis sicci multipes deludiꝛ ac dep̄hen diꝛ. Ex li. de na. re. Multipes a re nomen hꝫ: ⁊ sanguie caret h̃ aial (dicit Aug⁹) Aliq̃n corã ipo allatũ. eo q̧ spectãte ĩ mltas ptes 𝔷cisum ⁊ tñ vnaqueq̧ ps vixit ab alijs ptibꝫ sepata.

Operationes.

¶ Auicenna. Vermis q̃ est sub vrceis aque: plurimos hꝫ pedes. ⁊ cũ tangitꝛ rotundaꝛ. A

¶ Si palatũ ex eo cũ melle tangitꝛ: valet cõtra p̄focationes. ⁊ similiter cum comeditur. B

¶ Confert etiam asmati: et ad dilatationem an helitus ṡm ꝙ dicitur. C

¶ Item vermis multipes cum vino bibit⁹ con fert ictericie ⁊ difficultati vrine. D



Capitulum. ciij.

Nepa. Phisio. Nepa. quibusdã placet serpentẽ esse femineã que in hora libi dinis estuantis mari suo compari ca put precidens ipm necat. Vnde ⁊ ipsa in partu necaꝛ viceuersa. Sicut ĝ eadẽ est nepa: q̃ ⁊ vi pera sic dicta. quasi vi pariens. Cũ em̃ ꝓpe par tum est catuli matris visceribꝫ corrosis erum punt cum interitu ipi⁹ matris. Actor. De hac ergo specie pleni⁹ diceꝛ infra vbi agetur de vi pera. ¶ Obix. ysi. Obices dicta est. eo ꝙ ares ne colorem habeat. De q̃ poeta. Quaz spersis pict⁹ maculis theophan⁹ obices. Cõcolor ex ustis atq̧ indiscretus harenis ⁊c.



Capitulum.ciiij.

Neomon. Albert⁹ in li. de na. aĩalium Neomon bestia est. et grece vocatur neomon. latine vero suillus. ⁊ dr̃ eo ꝙ setas hꝫ ꝓ pilis. ⁊ h̃ odore cibũ ↄuenientẽ a venenoso distinguit. Hec bestia serpẽtes ꝑsequit̃ que cũ aspide pugnans caudã erigit quã aspis q̃si minantẽ obseruat ⁊ ad vim suã cum ea trãsfert aspidem deceptã.



Capitulum.cv.

Onager. ysi. Onager iterp̃tat̃ azin⁹ fer⁹. ¶ Onager. xxv. die Marcij. xij. vicibꝫ in nocte rugit similiter i die. ⁊ in h̃ cog̃scit̃ eq̃noctiũ esse. Eius q̃ꝫ rugit⁹ ꝑ singl̃as horas rugiẽtꝫ numer⁹ horaꝝ cognoscit̃. Actor. Onager vt legit̃ in solitudinibꝫ ⁊ ĩ altꝫ habitat. vbi ꝓpter bñficiũ vẽtorũ diuisus a potu viuit. Vñ Hieremie. Onagri inq̃t steterũt in rupibꝫ traxerũt ventũ q̃i dracones. Ex li. d̃ na. re. Onager indie magnũ est aĩal ⁊ crudele. formã azini habẽs. ⁊ vnũ solũ cornu ĩ frõte. durũ nimis ⁊ acutũ ac lõgũ ad bestias ↄ̃rias debellãdas. ⁊ h̃ hꝫ in medio capitꝫ. soleas etiã fortes ⁊ acutas hꝫ: vt iuuamen naturale. ꝙ in alteri⁹ cornu defectu ꝑdidit ĩ eis recuperet. Plini⁹ li. viij. Onagri in frigia ⁊ licaonia p̃cipui sunt.

Operationes

¶ ysi. et Aui. Onagri fel. i. azini siluestrꝫ eradicat moꝛ. ⁊ ↄfert sup apatũ vestigia linitum. — A

¶ In emplastris etiam herisipile ponitur ac prohibet ipsam. — B

¶ Urina azini siluestrꝫ lapidẽ in vesica frãgit — C

¶ Actor. Ungula siluestris azini si cõburat̃ ⁊ bibat̃ epilentie prodest. — D



Capitulum.cvj.

Orafflus. Albert⁹ in li. de na. aĩalium. Orafflus aĩal est varij coloris om̃ia p̃cedẽs aĩalia. In ãteriori ꝑte ẽ valde altũ: ita vt capite extẽso altitudinẽ. xx. cubitoꝝ ĩ posteriori ãt ꝑte emissũ. ad instar cerui pedes hꝫ ⁊ caudã. collũ extẽsũ: ⁊ caput eq̃nũ licet mi-

nus sit aliq̃ntulũ colores multos hʒ: tñ albũ ⁊ rubeũ hʒ frequẽtiores. cum vidit se ↄtẽplãtes ammirari huc ⁊ illuc se vertit prebens se bene videndum. hoc aĩal tpibꝰ nostris visum est. Et arabice vocatur seraph.



Capitulum. cvij.

Onocentbaurꝰ: ⁊ orasiꝰ. Ex li. de na. rez. Onocentbaurꝰ est aĩal mõstruosum et natura biforme capite scʒ asinino ⁊ corpe velut humano. faciẽ hʒ satis horridam. manusqꝫ formatas abiles ad oẽʒ actũ. dum vocẽ promit q̃si loq̃ incipit. sed insueta labra vocẽ humanã formare nõ possunt. H̄ post inseq̃ntes se ligna vel lapides mittit vt experimentator dicit. H̄ mõstrũ dicit Adellinꝰ phũs inter ceteras bestias ab inicio non fuisse tale creatũ. sʒ aliq̃ñ ⁊ alicubi casualiter ex adulterina cõmixtione generari. ¶ Orasiꝰ. ysidorus Orasius in anteriori pte altũ. eminens valde. ita vt extenso capite. xx. cubitorũ altitudinem possit attingere. In posteriori ꝟo pte demissũ est instar cerui. Collũ hʒ extensum. caput equinũ. licet minus. pedes aũt ⁊ caudam vt ceruꝰ. pellẽ ꝟo sicõmi coloꝝ genere diuersimode variatã. vt hõ frustra temptet artificio naturalẽ eiꝰ pulchritudinẽ imitari. Hoc aĩal nostris tẽporibꝰ a soldano babiloniorꝝ transmissum est impatori Friderico romanoꝝ augusto ⁊c. In pcedenti cap̃. Albertus illud aĩal specialiter describit ⁊ appellat cum Orafflus.

Capitulum. cviij.



Orix. Actor. Orix ẽ aĩal mũdũ ẽm legẽ. iuxta librũ Deutro. De q̃ etiã dic̃ ysaias. Dormient sic orix illaq̃atꝰ. Ex li. de na. re. Orix ẽ bestia capree magnitudis: hirco ex pte silis. villũ hñs sub mẽto. Hec in illa pte affrice q̃ caret aq̃ gñat. ⁊ iõo ppetua siti ardet. Admirabile ꝟo remediũ sitientiũ latrões getulie terre aq̃ carẽtes certissimis experimẽtis pdiderũt q̃ hõ in siti eo duraret auxilio q̃ illo salubberrimo liq̃re vesicis dictaꝝ bestiaꝝ infuso pro pte modica vterẽtur. hec bestia (sic egiptij tradũt) in exortu canicule naturaliter tripudiare videt̃ cõpage corpis eius visibiliter sentiẽte. q̃ imber ⁊ frigꝰ abijt. instentqꝫ vapores ignei solis vt vestiat̃ terra floribꝰ herbasqꝫ pferat ⁊ fructus. Est aũt frigoris impatiens. Vñ nec frigus nec niues de facili sustinere potest.



Capitulum.cix.

PAnthera.ysi. Pāther dicṫ ē siue ꝙ om niū aīaliū sit amicꝰ: excepto dracōe. siue ꝙ ex sui gnīis societate gaudet ⁊ ad eādē silitudinē q̄cq̄t accipit reddit. Pan em̄ oē dr. Glosa sup Osee. Nihil leone fortiꝰ: nihilq̄ panthera velociꝰ. Jō p ꝓpha3 ait dn̄s. Ego q̄i panthera effraim: ⁊ q̄si leo domui iuda. Ex li de na. rex. Pāthera ē aīal variū ac speciosū nimis Sūt q̄ tradūt huic i armo maculā esse lune silez: ⁊ interdū crescere rotundā ⁊ ad lune mutatōez variari. Pli. li. xi. Hn̄tq̄ pāthere q̄ttuor māmas in medio vētre. Mares āt in oī gn̄e fortiores sūt femis. p̄terq̄ in pātheris ⁊ vrsis. ¶ Itē panthera semel omino ꝑturit. cuiꝰ cāe rō manifesta est. Nā cū i vtero mr̄is coaluere catuli maturīq̄ ad nascēdū viribꝰ pollēt. odiūt tēpoꝝ moras Itaq̄ oneratā fetibꝰ vuluā tāq̄ obstantē ꝑtui vnguibꝰ lacerāt: ⁊ effundit illa ꝑtū seu potius dimittit dolore cogēte. Ita postea corruptꝫ ⁊ cicatrisosis sedibꝰ genitale semē infusum nō heret acceptū. s3 irritū resilit. Nā vt dic̄ Pli. Aialia cū acutꝫ vnguibꝰ freq̄nter ꝑere nō posse. viciant̄ em̄ intrinsecꝰ se mouētibꝰ catulis. Ysisi. PanthERis venādis insistentes. hircani: veneno carnes illiniūt easq̄ ꝑ compita semitarum spargūt vt illaꝝ esu pāthere seducāt̄. Sed ille dū excremēta hoīs deuorant euadunt.

Operationes

Auicenna. Panthera ⁊ pardus quando venenum comederunt stercus hominis querunt et comedunt. ⁊ sic euadunt.



Capitulum.cx.

PApro. Albertus in libro de naturis animalium. Papro animal est circa cesariem habundans ciuitatem. parū vulpibus maius leporum habens mores. adunata em̄ vllulant. Aliquando enim vno precinente ⁊ aliīs postea simul respondentibꝰ. pilosa autem sūt hec animalia vt vulpes. Et vbi vnum istius speciei occisum fuerit. cetera circa ipsum vllulant sicut plangunt mortuum. Et sunt eorum voces adeo sonore ꝙ cum eminus sunt tanq̄ de propinquo putantur audiri. hoc animal dicitur sepulchra hominū in fame alt quotiēs intrare: ⁊ cadaueribus hominū vesci. Et est quasi sit compositum ex lupo ⁊ vulpe



Capitulum.cxi.

PAthyon. Albertus in libro vt supra. Pathyon animal est. quod nature decorem mirabilem habet. colore enim purpureo pollens: adeo est radiosum: vt visus in ipsa quasi sintillare videatur. Mortuū autem rūborem retinet pellem. sed subducitur radiositas. et est ad modum canis in quantitate. mansuescibile valde ⁊ delectabile gaudet in cibo. Quidam autē antiquoru3 putabant hoc animal habere aliquid diuinitatis. Ossa huius animalis durissima sunt et fortissima. et nerui adeo fortes. ꝙ non nisi magna violētia valeant dirumpi.



Capitulum.cxxii.

Parandrus et pardus. Solinus. Parãdrũ nutrit ethiopia: boum magnitudine: ybico vestigio. ramosis cornibus. capite ceruino. vrsi colore. pariter villo pfundo. Hũc parãdrũ affirmãt habitũ metu vertere. et cũ delitescit assimilẽ fieri cuicũqz rei pximauerit. siue saxa alba sit. seu frutecto vitẽs. siue qz aliũ modũ pierat. faciũt h idẽ in mari polippi ĩ terra cameleontes. sz et polippus et cameleon glabra sunt. vt pnius sit cutis. lenitatẽ pximantia emulari. In h aũt est nouũ ac singulare hirsutiã pili colorũ vices facere. hinc euenit vt difficulter capi possunt. ¶ ysi. Pardus secũdus post pantherã est. genus variũ ac velocissimũ et pceps ad sanguinẽ. saltu em̃ ad mortẽ ruit. ex adulterio pardi et leene leopardus nascitur. et tertiã originẽ efficit. ¶ Ex li. de na. re. vt dicit magnus Basilius. Pardus est bestia torna et acuta nimis in impetu corpusqz motibus aciũ cõueniẽs hz: et varium in colore. saltu potius qz cursũ pdã insequitur In affrica ppter inopiã aque cõgregantur diuerse fere ad amnes ibiqz leene bestijs varijs vel vilis voluntate miscentur. Et inde pardi procreari dicuntur.

Operationes.

A ¶ Arestotiles. Pardus sicut et panthera quãdo venenum comedit stercus hominum querit et comedit.

Capitulum.cxxiii.



Pilosus. Pirolus. et Putorius. Ex li. de naturis rerum Pilosus est animal (sicut glosa dicit sup ysaiam) quod in hominis figura superius incipit. sed inferius in pedes bestie desinit. qualem beatus Hieronimus in vita pauli heremite primi describit. qz superius sit homo frontem asperam habens cornibus et in caprarum pedes desinens. Asserit idem nulli esse dubium istud monstrum in oriente esse captũ. et in Alexandriã missum. et inde mortuũ. saleqz infusum ne a calore dissolueretur deportatuz fuisse Constantinopolim. vt ab imperatore iam Friderico videretur. Nostra etate delata fuit regi Francie bestia ad magnitudinez canis. Caput quidem nõ multũ distabat a capite canis. cetera corporis menbra vt homo prorsus habebat. Crura quidem nuda vt homo. manusqz brachia. collũ albũm ac nudum habebat. Carnibus coctis vescebatur. Ita decenter et modeste manibus capiebat cibum et ori suo inferebat: vt nullus dubitaret in hoc quoniã humanũ modũ in talibus haberet. Erectum vt homo stabat. sedebat vt homo. Puellis et feminis libentissime iungebatur. Et in sexu viri et femine discretionẽ habebat. Genitale membrũ vltra qz corpis qntitas exigebat habebat magnũ. furijs igitur agitatũ hoc animal crudelissime mouebatur. et in hoies seuiebat. Ceterum cum placatum esset instar hominis mitissime et decentissime se gerebat. et mulcebatur alloquijs. et colludentibus applaudebat. ¶ Ex libro de natu. rerum. Pirolus est bestia parua maior quidem sed non longior qz mustela. colore rubea sz in vẽtre candida. Mira agilita-

te viget. In arboribꝫ habitat. et fetꝰ fouet. In quiete se gerit. ꝛ de arbore in arborē saltu potius q̄ꝫ volatu trāsit. q̄ꝫuis aliq̄n cauda ꝑpenis vtat᷑. Caudā em̄ villosa m ꝓpe ad sui magnitudinē hꝫ cuiꝰ ad visum saltu mouet᷑. Et si q̄n grā pastus aquā transire cupit lignū admodum leue sup aquā ꝯgerit. cui supsidens (q̄si velum nauis) caudā suā erigit. sicq̄ꝫ vento flante verificans ligno transuehit᷑. Estate cibū cōgerit: quo viuat in hieme. Viuit āt nucibꝫ et cibo q̄ dulcis est libentiꝰ vescit᷑. ysi. Putoriꝰ a putore dictus est. quia nimiū fetet. ꝛ hoc maxime cuꝫ irascit᷑. hic sicut ꝛ daxus. Habet crura in sinistro latere breuia: in dextro lōgiora. ardua domoꝝ inhabitat ꝛ penetralia. gallinaꝝ ac pullorum cupidissima est: talibꝫ em̄ viuit. Nūq̄ꝫ gallinaꝫ capit aut pullum. caput in inicio petit vt hoc deuicto in ceteris ei membris laborare difficile non sit.



Capitulum. cxxiiii.

Pegasus. Albertꝰ in li. de na. aīalium. Pegasus aīal magnū est ꝛ horridum in ethiopia. equi formā hꝫ. alas vt aquila. sꝫ multo maiores. caput armatū cornibꝫ hꝫ. adeo mōstruosum vt eo viso cūcta fere animantia terreat graui corpore. fuga mirabili. Alaꝝ remigio adiuti pegasi potius currūt q̄ꝫ prouolant. et colliso aere virtute pennarū ad instar turbinis impellunt ventos. multas escas deuorant. Inquiete mouent᷑. infesti sunt animalibꝫ: ꝛ hoc maxime homini.



Capitulum. cxxv.

Pigargꝰ. Bartho. ī li. de ꝓprie. reꝝ. Pigargꝰ ē aīal mūdū q̄ ad esū. vt patet Deutro. xiiij. et ē aīal cornutū ꝛ barbatū sic hircꝰ. minꝰ ceruo. maiꝰ hirco. vñ silis ē hircoceruo sꝫ lōge minꝰ. q̄re infra de tragelacho ruminat sic hircꝰ et findit vngulā sic cerūꝰ. ꝛ ē aīal agreste magne velocitatꝭ: nemora inhabitat ꝛ deserta. Hugo āt dic q̄ pigargꝰ est auis parua ꝛ depssa. vñ dr a pige qd̄ est depssio. Sꝫ Deutro. supponit pro aīali q̄drupede qd̄ est sile hircoceruo. vt ibi innuit glosa. nec aspirat᷑ ibi pma sillaba. vñ cū h nō debet scribi q̄dā scribūt philargū: sed male. vt patet in libris correctis.



Capitulum.cxxvi.

PIgmei. Bartholome⁹ in li. vts. Pigmei sūt hoīes pui statura cubitali. qs greci a cubito pigmeos vocāt. Hi mōtana Indie tenēt. qbꝫ vicin⁹ est occean⁹. vt dicit Papias. Sꝫ dicit Augustin⁹ sic. Pigmei tm̄ semi cubitales sunt. q̄ tertio anno perfecte sunt etatis. septimo senescūt. Dicunt aūt pugnare ꝯ grues. a qbꝫ armati ferro aliq̄tiens deuincūt. De pigmeis āt dicit Pli. li. vij. ca. iij. Pigmei ceruos vt sunt dodrātes nō excedentes salubri celo semp vernāte habitant in terra tempata mōtibꝫ cōpositis ex ptibꝫ aq̄lonis q̄s grues infestare fama est. Qui incidentes arietū capraꝝ dorsis armati sagittis ꝓ tpe ꝯgregato agmine ad mare descendūt ⁊ oua ⁊ pullos gruū p viribꝫ destruūt ⁊ ꝯsumūt. Et hāc impeditionē faciūt tribꝫ mēsibꝫ: qḋ si nō facerēt futuris auiū gregibꝫ resistere nō valerent. De pennis aūt eaꝝ ⁊ ouoꝝ putaminibꝫ sibi casas faciunt vt dicit idem. Et subdit Arestotiles. Inquit in cauernis viuere pigmeos tradit.



Capitulum.cxxvii.

POledrus. Albert⁹ in li. de ꝓprietatibꝫ reꝝ. Poledr⁹ dr̄ eque filius siue pull⁹ equin⁹. qm̄ diu matris vberibꝫ est subiectus. In cui⁹ fronte vt dicit Arestotiles lib. vij. inuenit yconamor. id est amoris veneficium. qn̄ nascit ⁊ lambunt matres equoꝝ lingua ⁊ tondūt illud. ⁊ mulieres incantatrices puerbiāt ex h. Posterior pars pulli est maior parte anteriori: ⁊ cū iuuenescit crescit pars supior ⁊ ꝓpter h erit eleuatio anterioris ptis corporis multoꝝ equoꝝ magꝫ q̄ꝫ posterioris. Et ideo qn̄ est pullus potest pede posteriori tāgere caput suū. qḋ facere nō potest qn̄ puenit ad etatem. ysid. li. viij. Circa aūt pullū equinū hoc vltimo animaduertas quia passum suauem vel durū quem assuescit in iuuentute vix potest dimittere etiā in senectute ⁊c. Superi⁹ in ca. liiij. dictū est. quare ibidē. vide de equo.



Capitulum.cxxviii.

PUlex. Ex lib. de na. re. Pulices vocati sunt eo q̄ in puluere magis nutriunt. Patet pulicē esse vermiculū nigrum ⁊ minutū quidem. sed valde pungitiuū. maxime aūt tempe estiuo ⁊ pluuiali. Saliunt autē potius q̄ꝫ volant. nocte q̄ꝫ die magis hominē infestant. Et nisi vehemens torpor aut somnus grauis in membris sit se tueri nō potest. Cum quis manū adhibet celerius fuga dilabuntur: nec inueniri queunt.

Operationes.

¶ Ex li. vts. Contra pulices optimū remediū est omi vespe corp⁹ absinthio fricare. vel herba eadē cū oleo cocta corpus pungere

¶ Pulex in duas partes diuisa reuiuiscit.

¶ Rasi. Si aqua in q̄ tribuli cocti fuerit domus roret pulices omino destruent. ¶ Aqua siliter in q̄ ruta coquit aut oleāder eos interfi

E cit. ¶ Aui. Ad effugandũ pulices aspergit̃ do-
mus cũ infusiõe coloq̃ntide. tũc em̃ saliũt ⁊ fu-
F giũt. ⁊ siliter ex decoctõe rubri. ¶ Dixerunt aũt
q̃dã q̃ q̃n sanguis hirci ponit̃ in fouea ĩ domo
G apð eũ ↄgregãt. deinde moriũt̃. ¶ Similiter
aggregantur sup lignũ linitũ ex adipe hericij.
H ¶ Item fugiunt ex odore caulis. ⁊ foliorũ oli-
I andri. ¶ Palladi⁹. Pulices fugant̃ a murca
p pauimentum frequenter aspersa. vel cimino
aggresti cũ aqua trito vel cucumeris agrestis
semine aqua resoluto sepe infuso.



Capitulum. cxix.

Pediculꝰ. ysi. Pediculi sũt vermes cu-
tis: a pedibꝫ dicti. vñ pediculosi dicti
sunt q̇bꝫ pediculi in corpe efferuescũt
Ex li. de na. rez. Pediculi dicunt̃ a numerosi
tate pedũ. hoc malũ ex ipsa hoĩs carne creatur
indubitanter. ⁊ tñ inuisibiliter. hos nõnulli de
sudore hoĩs. alij ð poris ⁊ euaporatõibꝫ gigni
dicunt. Haly. Accidit autẽ pegrinanti copia
pediculoꝝ in corpe ꝓpter sudorem ⁊ puluerem
ac balnei paucitatem.

Operationes.

A ¶ Haly. Quod cũ euenerit corpꝰ pegrinoꝝ vł
alioꝝ cathaplasmet̃ cũ argẽto viuo. occiso cũ
oleo. adiũcta aristologia lõga mane q̃z balneũ
ingrediat̃. ⁊ corpus eiꝰ fricatione valida mũdet̃
B ¶ Rasi. Pediculoꝝ generatiõez ꝓhibẽt vsus
balnei ⁊ lauacri. pãnoꝝ freq̃ues mutatio ꝓprie
q̃ꝫ vt pannus q̇ carni adheret lineus sit huius-
modi. pediclos interficit argẽtũ viuũ extinctuz
si oleo inficiat̃ ex oleoq̃ꝫ fila lanea inungant̃.
q̃ sup se aliq̇s appendat. aut ex eis se cingat.
C ¶ Aui. Stafisagria cũ arsenico pediculos in-
terficit. ⁊ similiter argentũ viuũ extinctũ.
D ¶ Precipuum remedium esse dicitur frequens
ablutio corporis ⁊c̃.



Capitulum. cxx

Porcus. Ex li. de na. re. Porcꝰ ẽ bestia
seua ⁊ immũda ⁊ obscenis locꝭ gratis-
sime cõmorat̃. Actor. Porcꝰ nõ rumi-
nat. ⁊ ideo inter immũda ẜm legem reputatur.
Mũdis ⁊ immũdis indifferẽter vescit̃. in luto
delectat̃. rostro lutũ suffodit. horrende grinnit.
p̃cipue aũt vno pcusso ceteri grinniũt ⁊ q̃si cõ-
patientes illuc ↄueniunt. sed statim obliti sui
planctus ad lutũ vel ad cibũ redeũt. Fertur ãt
nullũ corpus aĩalis interius ⁊ dispositõe ⁊ nu-
mero partiũ sic assimilari humano corpori sicut
corpus porci. Unde phisici ⁊ alij interiora hu-
mani corporis inuestigantes. porcorum in-
teriora q̃si quoddã exemplar inspiciũt. Aristo
teles. Porcꝰ. viij. mensium coit. sed nũc debile
quid generat. Multos filios facit ꝓpter mul-
titudinẽ spermatis. cetera bisulca paucos fa-
ciunt. viuit aũt vsq̃ꝫ ad annos. xv. Cũ impin-
guat̃ coire põt omni tpe. Porca pregnans est
q̃tuor mẽsibꝫ. fertilis est in fetu. parit em̃. xx. fi
lios. ⁊ lactare nõ sufficit. p totũ ventrẽ hꝫ mam
millas. Ex li. de na. rez. Porcus habet ptãtem
coeundi multũ p̃ alijs aĩalibꝫ. porce autem in-
tantũ efferari dicunt̃ in coitu. vt hominem la
nient. maxime cãdida veste indutum. Phisio.
Agrestes porci tẽpe coitus bellicosi sunt. Et

vt habeāt durū coriū ꝯfricāt se arboribꝫ. ꝛ postmodū intrāt lutū: deinde lutū illū desiccāt. postea p̄liant intātū vt ambo vł vnꝰ eoꝝ moriatꝰ.

Operationes.

A ¶Avi. Porci sanguis ꝛ hoīs siles sūt in omī re siliter ꝛ carnes amboꝝ. ita vt q̇dā vēdiderit carnē hoīs ꝑ carne porci. ꝛ latuit donec ī ea inuēti sunt digiti hoīs: B ¶Sanguis tñ porci debilioris est virtutꝫ sanguine hoīs. C ¶Fel porcinū ceterꝫ fellibꝫ debiliꝰ est: solutiuū tñ mali chimi D ¶Adeps porcinꝰ valet ad apostemata ꝛ ad ignis adustionē. E ¶Stercus porci nū cū aqua ꝛ vino confert sputo sanguinis ꝛ dolori lateris. F ¶Item stercꝰ siccū cū aceto bibitꝰ ad infirmitatem lacertoꝝ. G ¶Os cauille porci si cōburatꝰ ꝛ fricentꝰ eo dentes solidantꝰ. Lotium porcoꝝ ꝓdest albedini oculoꝝ. sed eius ꝓprietas est vt lapides frangat ꝛc̄.



Capitulum. cxxi.

Pader. parias. prester. Ex li. de na. reꝝ. Padera ē serpēs ī germania ad grossitudinē hūani brachij. colorē in ventre aureo ꝛ dorso virenti. Avicenna. Huiꝰ flatus adeo noxius esse dr̄: vt si virgā recenter cesam ori eiꝰ adhibeas. corticē eius flatu suo faciat in vesicas felleas ebullire: sed ꝛ fulgentē gladiū si ori eiꝰ adhibeas veneno eū inficit. ꝛ vsq̧ ad summū gladij ꝑcurrens. Hic cū hominē in pede ꝑcusserit: venenū ad cetera mēbra ꝑ momentū decurrit. ꝛ h̄ ꝑ nimio excessu caloris eiusdem nature cuius ignis. q̇ semꝑ ascendit. Cum autē ascendēs cor tetigerit. tunc hō cadit ꝛ moritur.

Cōtraq̧ remedium est. vt homo ꝑcussus in pede. suspendatꝰ in altum ꝑ pedes demisso capite sicq̧ venenum nequit ascendere. sed inferius locus exciditur et per medicamenta sanatur. ¶Ysi. Parias est serpens q̄ semꝑ in cauda ambulat. ꝛ sulcū facere videtur. De qua Lucanꝰ. Quo contentus iter cauda sulcare parias. ¶Item prester est aspis qui semper ori patenti ꝛ vaporanti currit. Unde poeta. Oraq̧ distendens auidus fumantia prester. Hic quem ꝑcusserit distenditꝰ enormiq̧ corpulentia necatur. exuberatū eīm putredo sequitꝰ. Alexander Prester est serpens fumū exalans. et in morsu suo tumorē tm̄ homini leso adducens vt humana prorsus forma ꝑeat.



Capitulum. cxxii.

Rana. ysidorus. Rana a garrulitate vocata ē. eo q̧ circa genitales paludes strepit: ꝛ sonos vocis importunis clamoribus reddit. ¶Ex libro de natūris rerum. Ranarum coitus magis est de nocte q̄ȝ de die et in eorum coitu magna est mora multumq̧ seminis effundunt. Ranas habet mare que alas habent. Et omnis piscis fetus nutrit preter ranam. ¶Ysidorus. Ranarum quedā aquatice dicuntur. quedam palustres. quedam rubete ob id quia in vepribus sunt grandiores cunctarum. Alie calamite vocātur eo q̧ inter arūdines et frutices viuunt. minime omnium et viridissime. muteq̧ ꝛ sine voce sunt. ¶Ex li. de na. re. Rana vermis est quandoq̧ colore viridis. sed illa q̄ rubet deterior est loquax est: et

aut leditur. In augusto mēse nūq̄ꝫ potest os suū pro quolibet ministerio cibi vel potus vel vocis aperire. Quod si manu vel baculo temptaueris difficulter aperire poteris.

Operationes.

A ¶ Plinius li. xxxij. Rane iecur geminū esse dicūt. Itē rane si viui ꝯcremenť in olla: cinis earū cū melle alopitias replet. ac meli⁹ cū pice liquida. B ¶ Jus rane in patinis decocte tussim fertur sanare. C ¶ Vermes nati in hoīe ranarū tolluntť felle. prodest ꝛ febri ranaꝝ felliū cinis. D ¶ Ranis ex oleo ꝛ sale decoctis vt succus sorbeatūr thetano medeť. E ¶ Auicenna in secūdo canone. Cinis rane positus sup sanguinis locum retinet eum. F ¶ Idem confert apostematibus cordarum iuncturarum super effusus. G ¶ Rana cū sale ꝛ oleo decocta dicitur esse bezahar lepre ac vermium venenosorum comesta H ¶ Ex decoctione rane fluuialis os ad dolorez I dentium colluitur et sedatur. ¶ Corpus rane petrose et proprie pinguedo eius facilem facit dentium eradicationem. ipsa quoq̄ꝫ dentes eijcit animalium quando sumunt eam.



Capitulum. cxxiij.

Rangifer ꝛ rosūrella. Albert⁹ in libro de naturꝭ aīaliū. Rangifer aīal est in aq̇lonis partib⁹ versus polū articum generatū. et in partibus noruegie et suetie. et in his que sunt minoris latitudinis regionib⁹ generatū. Et diciť rangifer quasi rāmifer. Est em̄ quasi de figura cerui. sed maius corpore ꝛ robore fortissimum ꝛ fuga celerrimum. tres ordines cornuum gerens in capite ꝛ in quolibet habens duo cornua. ita q̄ caput eius videť virgulis circūpositum. duo ex his ceteris maiora. habet in loco cornuū cerui. et hec efficiunť in bestia perfecte quantitatis. aliquādo quinq̄ꝫ cubitorum et ramoruꝫ vigintiquinqꝫ. duo aūt quaqꝫ in medio capitis que sunt lata in modū cornuū dame. ꝛ sunt circūposita ramis multis et breuibus. duo aūt alia hꝫ in fronte. Et cum his omnib⁹ magis pugnat cōtra bestias aduersantes. ¶ Ysið. Rosurella est aníal circa aquas habitans. vt frequenter mustela maius ꝛ pirolo minus. In dorso subrufum. in ventre candidū. In terra facit habitacula. digerit stercus odoriferuꝫ valde. et musco simile in odore. sed impar virtute. ꝛ odoris violentia Visus hominū fugit vno tamen in loco stercus illud cōgerit ꝛ hoc mirum in bestia. quia bonum suum presto omnibus accipiendū ponit. quo videatur bonum non inuidere.



Capitulum. cxxiiij

Rattus et Sorex. Actor. Rattus sine glis ꝛ sorex species sunt. Et cum sorici nomen muris cōmunis vulgariter appropriatur. econtrario rattus in medicoruꝫ libris quasi ꝓprio nomine mus vocatur. vnde ꝛ medici fimo ratti ad alopitias vtuntur. qui tamen videlicet rattus venenū in cauda gestare dicitur. Est autem rattus duplicis generis scꝫ terrestris et fluuialis. Ex libro de naturis rerū. Rattus est murīū genus mlto ceterꝭ maius. hi adeo perniciosi sunt. cū libidine accenduntť. vt si eoꝝ vrina partē aliquam hominis

nudā attigerit. carnes eiꝰ vsqꝫ ad ossa putresce re faciat. nec vulnꝰ in cicatricē vlteriꝰ inducit. ¶ Ysid. Sorex latinū est vocabulū. eo ꝙ animal huiuscemodi rodat ꝛ in modū serre ꝑcidat.

Operationes.

A ¶ Belberꝰ. Si domū suffumigauerꝫ cū vngula muli sinistra nō remanebit in ea sorex.

B ¶ Plinius libro .xi. Aures soricis sunt pilose.

C ¶ Dyascorides. Fimus aūt soricis cum aceto tritus alopicias emendat cum rore marino.

D ¶ Tusus ac bibitus calculos excludit.



Capitulum .cxxv.

Regulꝰ. ysid. Regulꝰ ipē est basiliscus scꝫ serpēs lōgitudine semipedalis albis maculis lineatꝰ. Idē ꝛ sibilus dr. qꝛ sibilo occidit anteqꝫ mordeat vl' exurat. Reguli sicut ꝛ scorpiones arentia queqꝫ sectant. et postqꝫ ad aquas venerint: ydrofobas et limphaticos faciūt. Glosa sup Esaiā .xiiij. Regulus ipē rex serpentū q solo visu ꝛ flatu absorbet volucres: occiditqꝫ hoīes. Unde ꝛ de achab ꝛ filio eiꝰ Ezechia sic loquit ꝓpha. De radice colubri egrediet regulus ꝛ semē eiꝰ absorbēs volucrem. Est aūt regulus serpēs pennatꝰ. vnde vbi iuxta trāslationē nostrā legit volucrē absorbens: in hebreo iuxta Hieronimū legit serpens volans. Actor. Hinc etiā alibi ꝑ eundeꝫ ꝓphetam dr. In terra tribulatiōis ꝛ angustie leena ꝛ leo. ex eis vipera ꝛ regulus volās. Andromachus in libro de ꝯfectōe tyriace. Regulus q ꝛ basiliscus serpens est subalbidus. super cuius caput sunt tres pilei. Quē cū videt aliqs paulo post morit. et qn sibilat morit q audit sibilū eiꝰ. Omis qꝫ bestia de illo mortuo comedens statim morit. Et est malignior serpentiū nec aptus tyriace. ¶ Iorath. Regulum si quod animal viderit vel audierit ydropicus efficitur ꝛ moritur. De hoc autem regulo plenius dicetur inferius in tractatu de auibus.



Capitulum .cxxvi.

Rinocephalus ꝛ Rinoceron. Phisiologꝰ. Rinocephalus ceruicem habet equinā cū vniuerso corpore. flammis quas in ore aspirat hoīes ꝑimit. ¶ Ysid. Rinoceron grece latine interꝑtatur in nare cornu. Idē et monoceron. id est vnicornūs. eo ꝙ vnū cornu in media fronte habeat. pedū quattuor ita acutū ꝛ validum vt quicqd impetierit aut ventilet aut pforet. Nam ꝛ cū elephantibꝰ sepe certamen habet. et in ventre vulneratum prosternit. Tante aūt dr esse fortitudinis vt nulla venantiū virtute capiatur. Sed sicut asserūt qui naturas animaliū scripserunt. virgo ꝛ puella proponitur que venienti synum aperit in quo ille omni ferocitate deposita caput ponit: sicqꝫ soporatus velut inermis capit. ¶ Ex lib. de naturis rerum. Rinoceros qui et monoceros habere dicit in media fronte cornu robustissimū in lōgitudine quattuor pedum. Eoqꝫ aduersus elephantes ꝑleat naturaliter aluum petens quā solam intelligit ictibꝰ suis ꝑuiam. Cum aūt a venatoribꝰ capit: ex sola indignatione superbū animal morit. De illo inferiꝰ in capitulo vnicornus pleniꝰ dicet.

Capitulum .cxxvii.



RUtela. Aui. Rutela est aīal sīle araneē q̄ vocat̄ alpheed. ⁊ est venatrix musca-rū. Spēs eiꝰ sūt multe ſm Gal. Est em̄ q̄dā rubea rotūda. q̄dā āt alba rotūdū hn̄s ventrē: paruū os stellata. ⁊ ipa ē acuti dorsi cū lineis lucidis. q̄dā ꝓo citrina pilosa. et quedā vuea. s. ad nigredinē declinās. q̄dā formicalis. q̄dā vespal. q̄dā egyptiaca. Ex morsū eī eoꝝ fit dolor vehemēs: ⁊ facit accidere dolorē capitꝭ vehemētē ⁊ ꝓfunditatē somnij ⁊ succedit ei mors

Operationes.

A ¶ Aui. In cura morsuū ipoꝝ admistrat̄ canōvlis ꝺ attractōe ⁊ suctōe: ⁊ linit̄ cū aq̄ salsa dantur ꝗꝫ tyriace fini.

B ¶ Balneū et tyna velociores sunt res in sedando dolores eoꝝ: cū em̄ humectant̄ in tyna dolor sedat̄. ⁊ cū egrediūtur ab ea redit. vn̄ oportet vt iugiter ⁊ oī hora balneent̄.



Capitulum. cxxviij.

RUbetū siue rubeta. Actor. Rubetū est aīal ac venenosū rane genus qꝺ vulgo crassan ꝺr. Ex li. de na. rerū. Rubeta diuersis referta medicaminibꝫ: qn̄ vult deponit ac resumit. ⁊ hec assidue ī pastu facere dicit̄. Venena ꝓo nūq̄ꝫ deponit: sꝫ tāq̄ꝫ arma sua penes se reseruat. Habent gemina cornua veneficioꝝ plena. ¶ Pli. li. viij. Rane rubete quarū et in terra et in humore: vita est plurimis referte medicaminibꝫ deponere ea assidue ac resumere pastu dicuntur: venena sibi tm̄ reseruantes.

Operationes.

A ¶ Carnibus (vt dicit ysidorus) earum in hamū positis precipue purpureas allici certū est.

B ¶ Contra venena marini leporis et rubete cinis earū remedio est in aqua potatus.



Capitulum. cxxix.

SAlamandra. ysidorꝰ. Salamādra dicta est eo ꝙ cōtra incēdia valeat. Cuiꝰ inter omīa venenata maxima vis est. Ex li. ꝺ na. reꝝ. Salamādra quā nōnulli cameleontē. i. leonē terre vocāt. Est animal quadrupes. faciē habens lacerte. vel (vt dicit Aristoteles) faciē habet inter faciē porci et simie. in igne viuit. ⁊ incendiū extinguit: profert etiam quandaꝫ lanam pallidam. de qua cōtexte zone cōburi non possunt. Est autē splene carens: et contra omnia animalia. Jecur habet in sinistra parte. In extis quoꝗꝫ visceruꝫ magna est in eo varietas a ceteris animalibꝫ: macra est valde. qꝛ parū habet de sanguie. Ideoꝗꝫ timorosa est

valde q̄r diminuit in ea calor q̄ est incentiuus
audacie. Color eius est varius ac per momen-
ta mutabilis. Oua gallinarū more gignit. et ex
eius fetus producit. In hoc autem genere nō
est masculus neq̧ femina sed omnes gignunt
¶ Alexander papa (vt fertur) Ex hui9 anima-
lis lana vestimentū habūit q̄d cū ad mundiciā
aliquando lauari deberet: non alijs aquis ab
luebatur. nisi q̄ in ignē proijciebatur. ⁊ p ignē
candescebat. ¶ Plinius li. xxix. Panis coctus
liguis a salamandra cōtactis interficit.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Salamandre virtus stiptica
est et calida recteq̧ miscetur medicaminibus
stipticis: et improbos capillos qui sunt in pal-
B pebris amputat. ¶ Seruatur autem sic. caput
et pedes ei tollunt. reliq̧ quod remanet in mel-
le mittitur: et cum opus fuerit in vsum assumit.
C ¶ Plinius libro. xxxij. Testudinis marine car
nes admixte ranarum carnibus preclare con-
tra salamandras auxiliantur.



Capitulum. cxxx.

SAura ⁊ Stellio. ysidorus. Saura la
certus est qui quando senescit excecāt
oculi eius: et intrat in foramen parie-
tis aspicientis ꝯtra orientem. et ortum solis in
tendens illuminat. Rudolphus sup Leuiticū
Stellio ⁊ lacerta sunt animalia infirma: mali
ciosa tamen ⁊ reptilia venenata. Ex li. de natu.
rerum. Stellionis venenū mortiferū et cōtra
illud remediū fit ex tritis carnib9 scorpionis.
¶ Plinius li. xxx. Stellione nullum animal
fraudulentius. hunc inuidere homini tradunt
et inde stellionū nomē in malū esse trāslatū di-
cūt: sic eū capiūt. Estatib9 obseruāt cubile ipsi9
q̄d est in locis hostiorum vel cardinib9 fenestrarū:
aut i cameris vel sepulchris. Ibi vere incipiēte
fissis harundinib9 textas apponūt casas quarum
angustijs etiā gaudet eo facili9 exuens torpo-
rem circūdatū: sz eo relicto remeare nō potest.

Operationes.

¶ Huail. id est stellio. longam habet caudam ⁊ A
paruum caput et nō est lacertus. ¶ Caput etiā B
et corpus ei9 ab illo sunt diuisa sz fortasse pri
mus ei est in natura. ¶ Caro ei9 multū calida C
est. In ipso est virtus extrahens surculas ⁊ spi
nas. ¶ Sanguis eius valet albugini oculorū. D
¶ Adeps eius fortiter impinguat. Sterc9 eius E
tritum eradicat verucas.



Capitulum. cxxxi.

SAnguisuga. Ex lib. de naturis rerum.
Sanguisuga est vermis aquatilis os-
sib9 carens et pedib9 ac pennis. homi-
nem impetit ac bestias vt sanguinē earum sugat
Cuius sacietate nimia mortem sibi sepius ac
cersit. Os habet ad modū trianguli. Unde et
vulnus relinq̄t. Cūq̧ carni adheserit: quanto
magis trahit: tanto fortius insidet donec rum-
pat. Itaq̧ sanguinē putridū extrahit et aliū
sanando seipm occidit. Quidam aūt his ver-
mib9 min9 sapienter ad supfluū corpis sangui-
nem hauriendū se prebent nisi corruptionem
nimiā insentiāt. Nam in homine sano nobilio
rem ac bene digestū sanguinē extrahūt. Me-
liores aūt ac minus nociue dicunt ille q̄ rugate

ac lineate in dorso sūnt. deteriores ꝑo q̄ nigre sanguisuga cū vrticis ac tribulis pungit̃ vt venenū euomat. scʒ qđ in bestijs aut bufonibus aut serpentibꝫ aquaticꝭ bauserit. ¶ Auicenna in secūdo canone. Aliquādo quedā aque sanguisugas habent paruas. quaꝝ occultatio difficile facit ab eis cauere. ideo degluti unt̃. et aliquando pendent in manifesto gutturis: qn̄qꝫ in interiori parte meri. qn̄qꝫ vero ꝑueniūt ad stomachū. Cūqꝫ diu moratur sugit ex sanguīe quantitatē magnā. sicqꝫ crescente illiꝰ corpore q̄ntitas eiꝰ apparet. Ei ergo in q̄ suspendit̃: accidit angustia ꝛ tristicia ac sputū sanguinis.

Operationes.

A ¶ Auicenna in libro vt supra. Quandoqꝫ quidem curatur cum medicinis gargarismorum si fuerint prope guttur.

B ¶ Cum eis vero que vomitu ex solutione vermes educunt. si fuerit stans in profundo et in stomacho.



Capitulum. cxxxij.

Scrabrones. ysidorus. Scrabrones a cabo. id est caballo vocati sunt. eo ꝙ ex eis creentur. Sicut autem scrabrones nascuntur de carnibus equorum putridis: ita ex eis iterum sepe nascuntur scarabei vnde cognominati sunt. vt infra in tractatu de auibus latius agetur.

Capitulum. cxxxiij.



Salpiga: scitalis: ꝛ seps. ysid. Salpiga vl̓ salpinga serpēs est q̄ nō videt̃. Idez Scitalis dicta est eo ꝙ tanta tergi varietate ꝑfulget vt notaꝝ grana retardet aspiciētes: ꝛ q̄ reptādo pinguior est: q̄s asseq̄ nō valet miraculi sui stupētes capit. Tanti āt feruoris est vt etiā hiemis tpe exuuias corpis feruēter exponat. De q̄ Lucanꝰ. Et scitales persis etiā nūc sola pruinis exuuias posita suas. Solinꝰ Scitalis hiemales exuuias ꝑma ponit. ¶ ysi. Seps est exigua serpēs: q̄ nō solū corpꝰ: sed ꝛ ossa veneno ꝯsumit. Cuiꝰ poeta sic meminit. Ossaqꝫ dissoluēs cū corpe tabificꝰ seps. Idem seps ē tabifica aspis: q̄ dū momorderit hoīem statī eū ꝯsūit: ita vt liq̄fiat totꝰ i ore ꝯpēts. Luca. Parua mō ꝯpēs ſʒ q̄i nōnulla cruēte mortꝫ hꝫ tm̄ ꝛc. ꝛ post eripiūt oēs aīaʒ. tu sola cadauer.



Capitulum.cxxxiiij.

Situla. Spuens. et Syrena. Ex li. de na. rer. Situla serpẽs est pu9 et malitiosus. q̇ hoiẽ siti interficit. hic tanta varietate refulget: vt intuẽtes pulcritudine re tardet. et quẽ natura dedit reptãdo pigriorẽ mi raculo stupẽtes detinet q̃s asseq̇ nõ valet. Est ãt tanti feruoris vt ĩ hieme pellẽ deponat. hui9 morsu q̇ tãgit igneo corrept9 ardore succendit. ¶Actor. Situla gen9 est aspidis. qd̕ grece dr dypsa. De q̇ pleni9 dictũ est s̄. ca. li. ¶Auicẽna Spuens dr q̇dã serpẽs. qr sputo suo interficit illud sup qd̕ cadit. qd̕. s. sputũ pi̇ciũt dẽtes ei9 cstricti sup alios. Odor etiã sputi ipsi9 interfi cit. lõgitudo ei9 est vsq3 ad duos cubitos. et co lor ei9 cinericeus ad citrinitatẽ declinãs. et illũ quẽ mordet interficit anteq̃3 redeat. Quez em̃ mordet sine sensu remanet et sine motu q̇etus. et pfunde dormiẽs post saltos ctinuos et clau sionẽ ocloꝝ et torsionẽ colli. et spasmũ et pulsũ in ordinatũ. et nõ sentit dolorẽ intestinoꝝ. et intro mittit digitos in guttur suũ vt euomat. ¶ysid. Syrene sũt in arabia serpẽtes cũ alis q̃ plus currũt q̃3 eq̇. s3 etiã volare dicũt. Quaꝝ tñ vt9 est vt morsum ante mors insequat q̃3 dolor.



Capitulum.cxxxv.

Symia. Ex li. de na. re. Symia ẽ bestia cdẽsa villo. ĩ exterioribꝫ mẽbris super oĩa aĩalia silat boi corpis dispositio ne: interi9 ãt nullã cũ boie dispositionẽ habẽs cõmunẽ aũt oĩbꝫ aĩalibꝫ minorẽ. ergo oẽs fere bestie mãmillas hñt in posteriori p̃ renes vt eas in seri9 positas fetus attingere possint: et pmptas hẽe cũ velint. Homo vo et symia hñt eas in pectore. qr natura dedit eis manus abi les ad omnem actũ. q̇bꝫ eleuare possint fetus a terra et aptare illos ad vbera. H ãt illi teest hu mani corpis. qr caret vmbilico. vga q3 mascu li est vt vga canis. Calcaneum h3 in pedibꝫ. et pter h erigit vt hõ stat et currit q̃nq3. sed h nõ pt nisi modice. qr natura bestiã hãc cdidit in faciem esse pstratã. Nam solus hõ naturaliter erectã h3 staturã. Hec bestia gestu ingeta est. morsu ferox. cauda caret. et pre ceteris aĩalibꝫ gustu viget. Nuces et poma libẽter comedit. s3 cũ in eis amarũ corticẽ reperit totũ pi̇cit. sicq3 pter amarũ dulce respuit. In India dicit Pli. esse symias toto corpe cãdidas. ¶Alexan der. Symia domestica dñm suũ agnoscit post multa reuertentẽ annoꝝ curricula. ¶Ex li. d na. re. Symia ad oẽz ludũ docibilis est. et ad ferocitat3 obliuionẽ. nũq̃3 tñ sic est mansueta vt nõ sit rabida. libẽter cũ pueris lũdit. et si co pia data fuerit eos aliqñ strãgulat. Si q̇s eã leserit diu p̃ eũ rancorẽ custodit. Ingenio pol lent. et emulãt q̇cq̇d vident. vñ facili9 incidũt in man9 venatoꝝ. habitãt ãt in arboribꝫ vel rupi bus. At vbi eas habitare venatores viderint accept3 calciamẽt3 hoĩm vadũt et sedẽt in loc3 vbi ab illis videri pñt: induũtq3 calciamẽta illa pedibꝫ suis ac diligẽti9 ligãt. et post h exponẽtes ea sub arbore relinquũt et pcul abeunt. tũc sy mie descẽdentes: qd̕ eos facere viderũt imitãt. sicq3 calciate capiũtur. ¶ysid. Symie nomen gre. est. i. pressis naribꝫ. vñ symias dicim9 eo q̃ suppressis naribꝫ sint et facie feda etc.



Capitulum.cxxxvi.

SCorpio. Ex li. d̄ na. re. Scorpio blandum ⁊ q̄si v̄gineū d̄r hr̄e vultū. s; h; in cauda nodosa venenatū aculeū q̄ pūgit ⁊ inficit ꝓximantē. Ferit āt obliq̄ ictu ⁊ in flexo. nulloq; momēto meditari cessat ⁊ occasiones inuenire feriendi. homini āt ab eo ꝑcusso putat̄ remedio esse cinis eius potat᷒ cū vino. Sol᷒ infectoꝝ scorpio caudā h;. Duos habet aculeos. vt dic̄ Aris. Terra viuit. ⁊ ī vere ouat. ⁊ in autūno similiter. Pariūt v̄miculos ouoꝝ specie. q̄s cū parens deuorare voluerit. illi īmunes sūt q̄ se clunib᷒ m̄ris imponūt. Porcus niger si a scorpione ꝑcutit̄ ꝓculdubio moritur. Alteri᷒ v̄o coloris porc᷒ euadit q̄nq; et nō sp. ¶ Ysid. Scorpio v̄mis est terren᷒ q̄ poti᷒ v̄mibus ascribit̄ nō serpētib᷒. Glosa sup Lucam. Ecce inq̄t dn̄s dedit nob̄ ꝑtātē calcādi super serpētes ⁊ scorpiōes. Sūt em̄ scorpiōes q̄ cauda insidiāt̄ occulte: serpētes q̄ dēte ledūt apte. Ipsoꝝq; venenat᷒ acule᷒ retro est timendus.

Operationes

A ¶ Palladius. Scorpiones existimant aliqui posse fugari. si aliq̄ ex eis v̄rant̄ ī medio dom᷒.

B ¶ Auicēna in secūdo can̄. Sputū hoīs ieiuni

C scorpiones interficit. ¶ Item raphanus scorpioni aduersat̄. ita q̄ si frustū raphani imponatur sup eū morit̄.

D ¶ Eius etiā aqua in h̄ expertā est. ⁊ fortior est. Si scorpio momorderit aliquē qui raphanum comederit nec ei nocebit.

E ¶ Auicēna in. iiij. can̄. Scorpionis punctura curatur ꝑ canones cōmunes. ⁊ per vaporationem cum sale et milio. et similibus.



Capitulum.cxxxvii

SEta. simultas. ⁊ solifuga. Ex li. de na. reꝝ. Seta ē v̄mis (vt q̄dā dicūt) ꝓ ꝑēs a re nomē h̄ns. Est em̄ tenuissimus instar sete. fere cubitalis lōgitudīe dur᷒ ⁊ alb᷒. nihil differēs vtraq; extremitate quippe cui caput nō ē. s; serpit vtrobiq;. hic in aq̄s corrupt; nec tn̄ fetidis nascit̄. adeo dur᷒ est: q̄ vix pede ꝯteri potest. Huius veneni tanta vis est vt ab hoīe potu haust᷒ elanguere eū et tabescere faciat donec cum diro cruciatu vita exuat. ¶ Ex Papia. Simultas est ꝓprie vermis in capite arietis. qui dum mouet̄ facit eū repedare. Ex eodem. Simultas est vermis in capite aīalis cornua habentis. cōmouens eum ad feriendū cornib᷒. ¶ Ysid. Solifuga ip̄a est musaraneus Solinus. Sardinia q̄dem absq; serpētibus est. Sed q̄d alijs locis serpens est. hoc est solifuga sardis agris q̄ occulte reptat. et per imprudentiam sup insidentib᷒ pestem facit huic incōmodo accidit herba sardonia: quā de fluuijs fontanis ꝓuenit largius iusto. Hec si edulio fuerit vescentibus neruos contrahit. deducit ora rictu. vt qui mortem intereant facie velut ridentium ⁊c̄.



Capitulum.cxxxviii.

SPoliator ac stella colubri. Ex li. de na. reꝝ. Spoliator colubri est vermis coloris aurei. q̄ etiā virorem ad vmbrā habet. hic paruus ⁊ inualidus cū sit anguem astutia decipit. et inde nomen accepit. Nam vbi colubrum ad estum cubare viderit ꝑ caudā eius ascendens ad caput transcurrit. Eum q; prius quasi fricando permulcet: et demum

morsib⁹ carnes ei⁹ aggredit̃. anguis lesa fugit
psecutor insequit̃: ac letali morsu insistit. donec
interiora cerebri penetret. ac perempti carnibus
satiet̃. hic a q̃busdã vermis aureus dr̃. Dicit aũt
Arist. de vermib⁹ coloris aurei. ꝙ qñ nati sũt
primo quidẽ a parẽtib⁹ cibant̃. deinde sine cibo
pmanẽt dieb⁹ mlt̃ꝫ. ⁊ ita iacẽt imobiles vt mor
tui videant̃. Post temp⁹ ãt a natura pfixũ re-
uiuiscũt sibiq̃ puisuri ad pastũ surgũt. Ex li.
vt sũp. Stelle figura vmis est q̃ nocte vt stella
lucet. nũq̃ nisi magnis imbrib⁹ puenit ⁊ sere-
nitatẽ adesse signat. hui⁹ tãtus rigor est vt ignẽ
tãgẽs nõ alio mõ q̃ glacies extinguat. huius
sanie si caro hoĩs ꝯtacta fuerit capilli defluũt.
Idq̃ qd̃ ꝯtactũ est colorem in virorẽ mũtat. hi
vmes nil gignunt. nec est in eis mas vel femia



Capitulum. cxxxix

Talpa. Ex lib. de na. rerum. Talpa est animal paruum. nigrum et cecum. de terra genitum. compluta et lutulenta Sed corrupta. Huius pellis multorum pilorum est ⁊ suauis valde. sed teterrimum colorẽ habet. In terra habitat. vermiũ esca viuit. in fame quoq̃ terrã comedit. ¶ Rudolph⁹. Talpa est animal cecum quod dicũt ex terra simul ac pluuia creari. ¶ Ysidorus. Talpa dicta est eo ꝙ perpetua cecitate tenebris damnata sit. Est enim absq̃ oculis. semper terram fodit et humum egerit et radices subter frugibus comedit. quam greci afflata vocant.

Operationes.

A ¶ Talpa cõbusta in puluerẽ ⁊ sparsa cũ albugine oui super faciẽ remediũ est ꝯtra lepram

B ¶ Sanguis eius si super caput pilis nudatũ declinatur pilos redire cogit.

C ¶ Actor. Fertur etiam ꝙ cinis talpe combuste valet contra fistulam. videlicet ad eius putredinem consumendam.

D ¶ Haly. Sorices magni talpe si ponantur super scorpĳ percussionem sanat.



Capitulum. cxl.

Thaurus. Ex libro de naturis rerum. Thaurus est animal robustũ. ⁊ inter omẽs bestias sotiales satis mãsuetuꝫ. pterq̃ ad eas que rapacitate ceteris aduersantur. hi simul adunate creberrime pugnant. et in preliando linguas extertas habẽt. dentibus nil agunt. sed tm̃ cornib⁹. frontem habent validam ad omne prelium. membraq̃ in eis fortiora sunt caput et collum. ppter hec iuga ligãtur eis in capite et in humeris sicut equis.

Operationes.

A ¶ Esculapi⁹. Thauri cornu serpentẽ fugat et sanguis ei⁹ eos iterficit. maclas q̃z faciei delet

B ¶ Fel ei⁹ cũ melle ⁊ balsamo ocloꝝ vicia curat

C ¶ Sepũ ei⁹ cũ resina ⁊ cera duricias oẽs mollit.

D ¶ Medulla ei⁹ cũ vino tpata tremulosos curat.

E ¶ Fimus ei⁹ tumores atq̃ duricias soluit.

F ¶ Aui. Fel thaurinũ ꝯfert vlcerib⁹ in aure recentib⁹.

G ¶ Etiã vlcerib⁹ ani. Fitq̃ ex eo linimentum ad dolorem matricis.

D ¶ Dyascorides. Fel thaurinum mixto felle hircino. squinanticos curat.

I ¶ Uulnera et cicatrices sanat. mixtum lacti dolores auriũ mitigat. plusq̧ mixto lacte mulierum. K ¶ Sanguis thaurinus diaforetic⁹ est et malacticus. duricias soluit. et cathaplasma adhibitus medetur ꝛc̃.



Capitulum. cxli.

Tarandrus est animal (vt dicit Plinius) cui magnitudo bouis est. caput magis ceruino ne ab simile. cornua ramosa. vngula bifida. villus magnitudine vrsorum. Cũnq̧ libuerit sui coloris esse asini similis est. Tergori tanta duricia est vt toraces ex ea faciant. colorem omnium arborum. florum fruticum. locorumq̧ reddit. in quibꝫ metuens latet. ideoq̧ raro capitur. Hoc ergo animal cytharum mutat colores. nec aliud ex his que pilo vestiuntur: nisi in indis. et licaon. cui iubata traditur ceruix. Nam thoe quod est luporũ genus longitudine procerius breuitate crurum dissimile. saltu velox. venatu viuens. innocuum homini. habitum. non colorem mutat. p hyemes hircus. estate nudus. Actor hoc animal quod Plinius vocat tarandrum idez esse estimo. qꝫ iuxta Solinum vocaui parandrum quod vitio scriptoris attribuendum puto. et q̃ debeat esse littera capitalis. scilicet vtrũ p vel t incertum habeo.

Capitulum. cxlii.



B ¶ Idem libro. xxx. Viridis scara bei natura cōtuentium exacuit visum. ideoq3 continuo eo sculptores gemmaꝝ acquiescūt.

C ¶ Thauri vt dictū est vocantur scarabei terre- stres ricino similes. nomen eis dedere cornicu- la. Alij pediculos terre vocant: qui stru mis im positi conferunt.

D ¶ Auicenna. Oleum in quo fricatur scarabeus valet ad dolorē auris in ea effusum. similiter et corpus eius optime ɔtritū.



Capitulum.cvij.

SCinifes.ysi. Scinifes sũt musce minu-tissime aculeis ꝑmoleste: q̃bꝰ tertia pla-ga supbꝰ egyptioꝝ ꝑplus est cesus. ¶ Origenes sup Exodũ. Hoc aĩal pennis suspendit̃.ꝑ aera volitãs: sꝫ ita subtile ⁊ minutũ: vt oculi visum nisi acute cernẽtis effugiat. Corpꝰ cui insederit acerbissimo stimulo terebrat. vt quã volantẽ vi dere q̃s nõ valet: sentiat stimulantẽ. Glosa sup eodẽ. Scinifes nati sũt in terra egypti de limo musce.s.minutissime ⁊ inq̃etissime inordinate volãtes: atꝫ ĩ oclos ruẽtes hoĩm. requiẽ auferũt ⁊ dũ abigũt̃ redeũt. ¶ Ex li.de na.re. Scinifes sunt ꝯmes minuti volãtes. q̃ pecudũ anhelitũ sequũt̃ ⁊ hoĩes maxie. Pungũt ãt aculeis dor-miẽtes acri satis dolore ꝑ posse. Vñ in locꝭ vbi abundat eaꝝ ꝓteruitas: homies delicati circa lectos suos rhetia sua tam subtiliter laqueãt vt ꝑ hec scinifes ad nocendũ trãsire nõ valeant.

Operationes

¶ Gelbertus in li.de sensibꝰ. Extẽde pilũ azu-chi equi sup̃ portũ domꝰ: nõ ingredient̃ domũ illã scinifes dũ stat in ea pilus.

Capitulum.cviij.

STrix Selentides ⁊ strophilos. Alb.in li.de na. aĩaliũ inq̃t. Strix est auis noc-turna.de q̃ Lucanꝰ meminit dicẽs: ꝙ tepidus bubo ꝙ strix nocturna querũtur. Hec auis a vulgo ama ab amãdo vocat̃.eo ꝙ pullos amat Et sic dr̃ ꝙ sola inter aues pullis humorẽ lacte-um instillat. ¶ Actor. Hoc nomẽ strix equiuo-cũ est ad auem illã.s.selentide.de q̃ iam dicet̃.⁊







ad bestiã hertna cõsimilẽ. ¶ Pli.li.x. Selen-tides aues vocant̃ quaꝝ aduentũ p̃cibꝰ impe-trãt incole casini mõtis fruges eoꝝ locustꝭ va-stantibꝰ: nec vnde veniãt: q̃ve abeant cõpertum est illis nũq̃ꝫ ꝯspectis nisi cũ eaꝝ p̃sidio indiget̃. ¶ Actor. Idẽ inferiꝰ de zelentide.iuxta li.d̃ na. reꝝ dicet̃. Ex q̃ viciũ sc̃ptoris ex altera ꝑte esse videt̃. ¶ Solinꝰ. Strophilos est auis paruu-la. q̃ dum escas affectat os cocodrilli paulatim scalpit. ac sensum scalburigine blãdiẽte aditũ sibi vsq̃ꝫ in fauces eius facit. Q̃d conspicatus ychneomon beluam penetrat. populatꝭ visce-ribus erosa ex aluo exit.



Capitulum. cix.

s Trutio. Actor. Strutio aliqñ quidez alas erigit: sz volare neq̃t. est em̃ ingens corpe: rara in plumis. habet ãt alas similes herodij z accipitris. Ferrũ pro comedit. ¶ Aristo. De strutiõe est opinio: q̄ nõ sit de genere auiũ pter diuersitatẽ sue creatiõis. partim em̃ q̃drupedib⁹ assimilat: partim auib⁹. Nõ habet alas sed figuras alaꝝ q̃ volatui nõ pueniũt. q2 non sunt tenues vt pili. sz sicut quadrupedes hz palpebras supiores z in eis pilos. Habet iterum plumã multã in inferiori parte corpis. et duos pedes vt auis. sz vngulã fissam vt quadrũpes. Est em̃ magni corpis. cũ auium corpa necesse sit esse parua: alioq̃n volare nõ possunt. Tres habet digitus in vtroq3 pede pter alas z pter pondus. Cũq3 sit ponderosi corpis: z nõ boni volatus. multã habet supfluitatez: multumq3 coit. sicut z gallina z perdix. ¶ Ex li. de na. re. Strutio est auis pene bestialis gener̃. Habz em̃ pennas: sz nũq3 vtitur eis in volatu. Alas habet tenoes z plumas velut pilos. In eũndo alas erigit adeo q3 in terra currit vt equos celeritate pcedat. Habet aũt vngulas bisulcos ad cõprehendos lapides q̃s emittit in fuga ptra insequentes. Ferrũ comedit z digerit: quia calidissime nature est: z equum naturaliter odit: z miro modo psequit. Equus etiam illam intantũ odit ac retinet q3 eam videre non audet. Ossiculum paruũ sub alis habet. quo se ĩ latere pungat z agitat quãdo puocat ad iram. In pectore pro magnũ os z latum ad ptectionem magni corporis sibi creatuz. Porro stolitidas ei tanta est. vt cum frutice collo occultauerit. reliqui corpis latitudinẽ latere credat. Naturaliter autez caluescit. z ita plumas exuit. vt et nudus fere remaneat. Sed corium hz fortissimũ quo in plumis ptegit ab importunitate frigoris. corpus habet fere ad magnitudinẽ asini. statura mediocris. Oua quoq3 eius adeo magna sunt vt ex transuerso secta vasa fiant ad bibendũ pro amplitudine sua. ¶ Phisiologus. Strutio solo visu ita fouet oua sua in harena recondita: vt ex eis pulli egrediant in lucem. Hec inter aues ceteras duas tm̃ digitos continet ad modũ vngulaꝝ arietis ita q3 de concauitate pedis sui subtus quasi de funda proĳcit lapides sup hominẽ. Ferunt etiam oculo vno intueri celũ: z altero terram.

Operationes.

A ¶ Rasi. Caro strutionis omnibus grossior iudicatur.



Capitulum. cx.

s Trutiocamelo z Sturno. Plinius. Strutiocameli affrici vel ethyopici: aues sunt grandissime z pene bestiaꝝ generis altitudinem equitis insidiantis equo excedũt celeritate vincunt. ad h solũ datis pennis vt currentẽ adiuuent: ceteꝝ nõ sunt volucres: nec a terra tollunt. Ungule his ceruinis similes q̃b⁹ dimicant: bisulce z cõprehendis lapidib⁹. Quos in fuga ptra insequentes ingerunt pedibus. ¶ Actor. Uidetur esse strutiocamelus species strutionis. vel ipsumetiã genus sic appellari. quia sicut dictum est supra. pedes habet similes pedib⁹ cameli. ¶ Ex libro de naturis reꝝ. Sturni sunt aues parue ad volãdũ extente fusco nitentes colore. Cateruatim volant: z quodã orbe circũaguntur omnib⁹ in mediũ tendentib⁹. z hoc propter accipitres qui eis insidiantur. Uespere quidẽ aggregant. Etiaz immensis turbis. cõmurmurant. nocte silent. aurora rubente murmur excitant. Demũ vero diuise per turmas ad cibum volant. ¶ Plini⁹ Est autem z sturnus ex auibus loquentibus. Unde et cesares iuuenes habebant sturnum loquentem.

Operationes

¶ Rasi. Sturne vel sturni caro grossior est q̃ pulli vel cocurnicis. Uentrem stringũt: z multum nutriunt. A

Capitulum. cxi.



Tardā ⁊ Tragopa. ysi. Tarda apḋ nos ḋr eo ꝙ tardo ⁊ ğui volatu detē ta: nequa q̄ȝ (vt cetere volucres) velo citate pēnaꝝ attollit̃. Grece āt gra dipes vocat. ¶ Aui. oua auis tarde (ƀm ꝙ ḋr) sūt tinctura bona. ¶ Ex li. ḋ na. re. Tragopa ē auis ī ethyopia ferruginei colorꝫ maior q̄ȝ aq̄la. caput hȝ vt fenix: excepto ꝙ ī eo cornua hȝ vt aries. vñ illḋ armatū ꝓfert aduersus oēs aues sibi ꝯriātes. ¶ Solin⁹. Tragope ē auis maior aq̄lis: cornibꝫ arietinis p̄ferens caput armatū.

Operationes.

A ¶ Auicē. Oua auis tarde sunt tinctura bona.
B ¶ Experitur hora qua preparata sunt ad illud cum filo lane in eis penetrante.
C ¶ Idem. Succus auis tale ꝯfert impetigini.





Capitulum. cxxij.

Turdela ⁊ Turdo. ysi. Turdela q̄si maior turd⁹ ḋr. cui⁹ stercore viscū ğnari pu tat. Turdi āt a tarditate vocati sūt: hyemis em̄ ꝯfinio se referūt ¶ Ex li. ḋ na. re. Turdi sūt aues pue q̄dē corpe: sȝ ꝓuidētia magne. In cacuminibꝫ arboꝝ luto nidos edificāt ⁊ pene ꝯtextim .i. ꝯtinue p⁹ coitū generāt. ⁊ mīꝰ q̄z .x. diebꝫ oua ī vtero maturescūt: ⁊ postea pariūt. ¶ Pli. li. x. At abeūt ⁊ turdi ī vicina: sȝ hū plumā nō amittūt: n̄ occultāt̃ nisi spe cibi q̄ hybernū pabulū petūt. itaq̄ȝ ī germania hyeme turdi maxie cernūt̃. Et sūt aues trimestres sic̄ ⁊ turtures. His color estate circa collum vari⁹: hyeme ꝯcolor. In cacuminibꝫ arboꝝ luto nidificātes pene cō textim ī secessu generāt. Agripina ꝯiūx Claudij cesarꝫ turdū habuit (qḋ nūq̄ȝ ante) sermonē hominū imitantē. ¶ Pall'. Turdi nutriēdi sūt in cubiculo: itaq̄ȝ includant̃ illesi ac recēter capti mixtꝫ aliq̄bꝫ añ nutritꝫ: q̄ꝝ societate ad cibos ipos capiēdos pauidā noue captiuitatꝫ mestitudinē ꝯsolēt̃. Sit aūt loc⁹ mūdus ac lucidus ⁊ vndiq̄ȝ leuigat⁹ in q̄ trāsuerse figāt̃ ꝑtice: q̄bꝫ pn̄t post inclusū volatū sedere. rami q̄ȝ virides sepe mutēt̃. carice tunse mixtꝫ pollinibꝫ p̄beant̃ mirti etiā (si facultas est) lētisci olea stridere semina interdū excludēda fastidia: maxieq̄ȝ aq̄ tribuat̃ mūda. Turdi nāq̄ȝ si alēdo saginent̃: ⁊ voluptatē cibi: ⁊ reditū maximū p̄stant. ꝑcitate bn̄ficiū ministrante luxuria.

Operationes

A ¶ Auicēna. Turdoꝝ stercus comedentiū risi ꝯfert panno ⁊ morphee ⁊ etiā empetigini.



Capitulum .cxxiij.

Turtur. ysi. Turtur a voce nominatur auis pudica. sempq; in mõtib9 iugis et in desertis cõmorans. Tecta eñi hoim et ↄuersationẽ fugit. et cõmoratur in siluis. Que etiã hyeme deplumata in truncis arborũ cõcauis habitare phibetur. Cuius ecõtrario colũba humana hospitia diligit. domorũ semp planda habitatrix. ¶ Ambrosi9. Turtur est auis pudica: q̃ vbi ↄiugalis ꝑꝛij fuerit amissione viduata: ↄiũctionẽ iterate recusat: nec iura pudoris: aut cõplaciti iuri federa resoluit. et pmus amor eam decipiẽs: pl9 doloris ex morte: q̃ȝ suauitatis ex charitate dilecti generat. Discite ergo mulieres q̃nta sit viduitas grã: q̃ etiã in auib9 pdicatur. Turtur eñi nescit pmã fidẽ irritã facere: q2 prima cõnubij sorte amissa nouit castimoniam seruare. Hec auis in nido suo folia squille superiacet: ne pullos suos lup9 incurset. Nouit eñi q2 huiusmodi folia lupi fugere consueuerunt. ¶ Ex li. de na. rerũ. Turtur socium diligit: eo q2 mortuo vel capto incedens solitarie. siccis arborũ ramis incidẽs. gemẽs ac tristis. nulli auiũ est infesta: s3 ad omniũ infestationes patiẽtissima. in locis tutissimis et delectabilissimis habitat p totã hyemẽ in cõcauis arborib9. In plumis iacet. in vere aũt pducitur. multe q̃dẽ earũ terras calidas hyeme petũt. et multe remanẽt si locũ habeãt. soli oppositũ ad quiescendũ aptum. Aliq̃n ita debiles sunt naturaliter vt manu capi pñt. Que sepe terna pariunt. s3 nũq̃ȝ plus q̃ȝ duas educãt. siliter et palũmbi. Turtur ouat in vere bis et sepe ter. S3 h̃ q̃n vnũ par ouorũ corruptũ fuerit. aut casu perierit: solaq; auiũ pullos suos de nocte pascit. ¶ Aristo. Turtur ex fructu viuit: sicut et palũbus. Palumb9 autem semp apparet: turtur aũt nõ. Coit quidẽ turtur post tres menses: pregnans est dieb9. xiiij. et totidẽ cubat. Viuit aũt et cubat sic̃ et columba q̃ndecim annis. ¶ Pall. Turtures vt alantur breui et ꝑpe obscuro cubiculo claudendi sunt: quos nutrire facilimũ est. q2 nihil expetunt.

Operationes.

A ¶ Auiceñ. Sanguis turturis calidus distillatur sup aurẽ ↄtritam et dolorosam.

B ¶ Plinius libro. xxix. Turturũ sanguis eximie prodest oculis cruore suffusis. Fimus earum albugines extenuat.

C ¶ Huius ale dextre sanguis medicinalis est immissus oculis.

Capitulum. cxxiiij.



Vanell9. Ex li. de na. re. Vanelli sũt aues q̃s Pli. simphalides vocat. sat9 pulcre: colũbina magnitudie cristato capite vt pauo: collo q̃dẽ colore viridi et lucẽti. reliq̃ v̄o pte corpis varietate distincta. Hec auis cũ hoiem etiã a lõge nido suo appropinq̃re senserit egressa: statim cũ clamore occurrit. Sicq; stulta dum hoiẽ a nido suo amouere se credit: ipo clamoris inditio nidũ pdit. quẽ pgressus hõ spoliare ↄtẽdit. Hoc idẽ dic̃ Plini9: licet p alia v̄ba.



Capitulum. cxxv.

Vespertilio. Ari. Vespertiliões hñt pedes sicut aues: ⁊ carẽt cauda qm̃ sũt agrestes. Ipsarũqȝ ale sũt mẽbranules. i. corio indistincte et si caudã habuissent: motũ alaꝝ ꝓhiberẽt. et q̇a nõ sũt diuise instar muriũ hñt ĩ vtraqȝ ꝑte mandibula: dẽtes. ⁊ victũ sibi de nocte acq̇rũt vt bubones. Amb. Vespertilio ẽ aĩal volatile sil' ⁊ quadrupes. dẽtibꝫ etiã vtit̃: q̇ ĩ aliis auibꝫ repiri nõ solẽt. Parit ãt vt q̃drupedia nõ oua: sȝ pullos viuẽtes. crepũsculo volare cõsueuit. volatqȝ in aere. nõ aliq̃ pẽnaꝝ sȝ mẽbrane sue fulta remigio. ysi. Vespertilio dr̃ eo ꝙ lucẽ fugiẽs. vespertino crepusculo circũuolet ꝑcipiti motu acta. aĩal muriũ silẽ nõ tã voce resonãs q̃ȝ stridore. Ex li. de na. re. Vespertilio q̃drupedia ꝯcetera volatu excellit. In ꝑtibꝫ indie sũt vespertiliões colũbis maiores. hñtes q̃si hoĩm dẽtes. he in faciẽ ꝑcutiũt hoĩes. nares eis ⁊ aures alia qȝ mẽbra amputãtes. Fert̃ ꝙ hec auis strepitũ q̃rit: ⁊ sanguis ei⁹ depilat. Glo. sup Deutro. Vespertilio circa terrã volat ⁊ pẽnis ãbulat: immũda ẽ ꝯm legẽ

Operationes

A ¶ Aui. Vespertilionis lac (vt dr̃) est vrina ipsi⁹. in ipõ aũt est abstersio ⁊ vehemẽs calefactio.

B ¶ Unguẽtũ vespertiliõis ꝓhibet mãmillas puellaꝝ a magnitudine.

C ¶ Cerebꝝ ei⁹ cũ melle cõfert ꝓncipio aque descẽdẽtis in oculũ.

D ¶ Eius cinis acuit visum. ⁊ ꝯfert vngule ⁊ albugini.



Capitulum. cxvi.

Vespa. Ari. Vespa ẽ aĩal annũlosũ volatile. Aculeis venenosũ q̃ dr̃ de putridis asinoꝝ carnibꝫ nasci sic̃ fuci de mulis. scrabrones de eq̇s. ⁊ apes de vitulis. Itẽ vespa aerem nõ recipit. i. nõ sua qȝ vita ⁊ nutrimentũ est circa sterc⁹ ⁊ carnes. Et est de aĩalibꝫ q̃ manẽt cũ sociis suis: sic formica ⁊ apis. hȝ ãt lanceã interi⁹ sic scorpio exteri⁹. Sãguie caret: alas qȝ mẽbranas coopta s hȝ. Accidit vespis senectutẽ exuere. Apes qȝ nocent̃ a vespis. Ideoqȝ nocet apibꝫ illas appropinq̃re. Ex li. de na. re. Vespe ex eq̇nis carnibꝫ aliq̃n ꝓcreant̃. in plenilunio magis crescere dicũt̃. haꝝ vita circa stercus est Ceras q̇dẽ faciũt: sȝ non ex collectõe floꝝ. ⁊ ob h̃ inutiles sũt. Ari. Vesparũ cibꝫ est ex floribꝫ ⁊ fructibꝫ: sepe q̃ȝ viuũt ex cibis aĩaliũ. Multa venat̃ in fine hyemis: ⁊ plures eaꝝ venãt̃ circa calẽ. venant̃qȝ multa ꝓpe aggeres magnos ⁊ altissima loca. oẽsqȝ vident̃ cũ aculeis. nõ aũt ꝯgregãt vespe flores. nec cibãt̃ ex eis sic apes. sȝ cibꝫ eaꝝ in maiori ꝑte est ex carne. ideoqȝ circa stercora manẽt. muscasqȝ magnas dep̃hendũt ⁊ caput eaꝝ abscindũt. nidos sub terra faciunt ⁊ vt formice terrã extrahũt. Preterea iuxta Pliniũ q̃daȝ vespe spalãgioꝝ gen⁹ ꝑimunt ⁊ in nidos suos portãt. deinde illiniũt. ⁊ ex his incubando gen⁹ suũ ꝓcreant.

Operationes

A ¶ Cõstan. Vespe ⁊ apes eis q̃s pungũt tũmorẽ calidũ ⁊ ruborẽ faciũt. rostꝝqȝ eaꝝ remanet vbi tangũt.

B ¶ Et aliq̃n morsi sudorẽ patiũt̃ ⁊ abhominationẽ.

E ¶ Aui. in. ii. cañ. vespaꝝ puncture bonũ est poliũ emplastri more superpositum.

D ¶ Silr̃ folia siluestris malue sedũt illã emplastrata. Itẽ sterc⁹ capraꝝ attrahit vespe venenã.

E ¶ Ex sale q̃ȝ cum aceto ⁊ melle fit emplastrũ ad puncturã vespe. Et oleũ lauri ꝯfert eius mordicationi.



Capitulum.cxvij.

V Lula. ysid. Ulula est auis a plãctu 7 luctu noīata. Cū eīm clamat aut fletum imitat᷑ aut gemitū. Unñ apd augures si lamētet᷑ tristiciā tacens ostēdere fert᷑ ꝓsperitatē. Actor Ulule (vt dic glosa sup ysaiā) sūt aues magnitudinis coruine. maculis resperse. q̄ rostro ī palude fixo horrende stridūt. habētes vocē silem vlulatui lupoꝝ: vñ 7 nomē accepert. 7 vocant᷑ gallice buhort. De hac etiā superi⁹ dictū est ī ca. Buthorio. 7 de onocroculo. q̄ noīa sūt idem.



Capitulum.cxviij.

V Pupa. ysid. Upupa est auis spurcissima cristis extantib⁹ galeata semp in sepulcris 7 humano stercore cōmorans. Upupa grece dicta eo ꝙ stercora humana ꝯsideret. 7 fetenti pascat᷑ fimo. Cuius sanguine q̄ se inunxerit dormitū pergens demones suffocātes se videbit. Glosa sup Leuiticū. Upupa lugubris est 7 luctū amans. Unñ 7 in lege comedi ꝓhibet᷑ qꝛ seculi tristicia mortem operat᷑. Phisiologus. Upupe pulli cū parentes suos senuisse viderit ita vt neqꝫ volare neqꝫ videre possint. vetustissimas parentū plumas euellūt. 7 oculos eoꝝ liniūt. fouētqꝫ eos sub alis suis: donec crescāt eoꝝ penne. 7 reilluminent᷑ oculi eoꝝ. sicqꝫ mutuā vicem parentib⁹ reddūt. Jorath in libro de aīalib⁹. Upupe pulli parentes suos fouentes anhelant sup oculos ipoꝝ vt visum recuperēt. Ex li. de na. reꝝ. Upupa est auis admodū pulcra: ꝫ immūda. vna tñ voce sicut 7 cuculus importuna est. hieme latet: 7 nuda est. vere ꝓducit᷑ Huius parentes senescentes inter pullos iam adultos in nido plumas exuūt 7 interim a pullis pascunt᷑: donec vires plumasqꝫ recuperent Cū eīm senio visum ꝑdiderint pulli notam naturaliter herbam colligūt: 7 eoꝝ cecatos oc'los inde liniūt vt visum recuperent.

Operationes

¶ Pitagoras ī li. romanoꝝ. Sāguis vpupe illit⁹ hoī dormiēti demoniaca gignit fātasmata. — A

¶ Penne ꝫo posite sup caput hoīs sedant soda id est dolorem capitis. — B

¶ Huius etiā lingua sup illū suspensa. q̄ multā obliuionē patitur: ei ꝯfert. — C



Capitulum.cxix.

V Ultur. ysido. Uultur a volatu tardo nominatus putat᷑: magnitudine quippe corꝑis prepetes volatus nō habet. Fertur pene vsqꝫ ad centū annos ꝓcedere. Uultures autem sicut 7 aquila vltra maria cadauera sentiunt. Altius quippe volantes: que multa montium obscuritate celant᷑ ex alto illi cōspiciunt. Ambro. Uultures dicuntur sine cōcubitu generare et concipere. Solent etiam mortez hominis quibusdā signis annunciare. Cum eīm lacrimabile bellū acies inter se instruūt. multo vultures sequunt᷑ agmine. 7 eo ꝫcant ꝙ multa hominū multitudo bello casura sit futura preda vulturib⁹. Glosa sup Leuiticū. Lex vulturem comedi ꝓhibet q̄ bellis 7 mortuis gaudet.

Phisiolog⁹. Sedet at vultur in altissimo loco qꝛ retardat̃ in ascensu a terra. ascenditqꝫ tantū in altissima vt videat loca remota. Ideoqꝫ dꝛ ꝙ sol⁹ vultur ē auis dei. Hic etiā maiores aues rapaces vt accipitrē insequit̃. Arest. Vultur grauis est ꝛ mali moris. famelic⁹ ꝛ clamosus. Venatur in locꝫ a nido remotis valde. ꝛ vt videat loca remota valde. ascendit ad locū altissimuꝫ: ibiqꝫ sedet qꝛ difficilis est ei eleuatio a terra. idō qꝫ dꝛ ꝙ sol⁹ vultur est auis dei: dephendit autē lepores: ꝛ paruos ceruos ꝛ capras ac vulpes ꝛ aīalia cetera q̃ retinere potest. Idem. Vultur nidificat in locꝫ altissimis. ꝛ multotiēs sup arbores. Inuidet pullis suis cū impinguat̃. nec pascit eos nisi de cibi sui reliquijs: ꝛ illos anteqꝫ volare possint eijcit. Est aūt auis alia que protectos illos cū pullis suis nutrit. vnū par vulturū occupat vnū magnū locū. ꝛ idō secū alios nidificare nō pmittit. Est at lōge vite qđ ex eo cognoscit̃. ꝙ nidus eius semp ideꝫ manet. Cū eñ senescit elōgat̃ rostrū eius superi⁹ ꝛ arcuat̃ Et in fine fame morit̃.

Operationes.

A ¶ Esculapius. Vulturis penne cōbuste fugant

B serpētes a domo. ¶ Iecur eius tritum cū sanguine p decem dies bibitū: caducos liberat.

C ¶ Sanguis eius cū succo marubij caligineꝫ

D oculoꝝ sanat. ¶ Adeps eius dolorem oculoꝝ

E sanat: ꝛ dolores neruorum euacuat. ¶ Dyasco. Fimus vulturꝫ medicinalis est. nam fumigiū

F ei⁹ secundinā expellit. ¶ Plini⁹ li. xix. Vulturis fel ex aqua dilutū albugies sanat oculoꝝ.

G ¶ Penna vulturis si scalpantur dentes acidū faciunt habitum.



Capitulum. cxxx.

x yon. Actor. Xyon est auis immūda fm legem cui⁹ natura non satis est nobis nota. Est aūt vt legit̃ de genere vulturꝝ: sꝫ minor qꝫ vultur. Hec eñ est mens Alberti in libro de naturis aīaliū. Et similiter in li. de na. reꝝ.



Capitulum. cxxxi.

y Bos: ydros: et ysida. Ex lib. de na. reꝝ. ybos est auis visu debilis que imitat̃ vocē equi. Et qñqꝫ sup eum volans: eū stupefacit: ipmqꝫ fugere cogit. ¶ Aristoteles. ybos ideo cū equo pugnat: quoniā ipm a pascuis eijcit: ꝛ herbas comedit. Ideo stupefaciens eum fugere cogit: ꝛ forte interficit. Est aūt auis pulchri coloris. ꝛ vita eius bona. Manetqꝫ apud fluuios ꝛ imagines eorum. ¶ Idem. ydros est animal volatile in Nilo flumine. satis inimicū cocodrillo. Nam de natura et consuetudine cū viderit cocodrillum in littore fluminis ore aperto dormientem inuoluit se limo quo facilius possit eius faucibus illabi. sicqꝫ faucibus suis irrepens erosis cocodrilli visceribus: tandē inde viuus exilit. ¶ Ex libro de naturꝫ rerum. ysida sono vocis dicta est. auis quidē parua: sed pennaꝝ vetustate clarissima. In dorso colorē habet inter viridem ꝛ ceruleum. In pectore vero profert imaginem carbonum ardentium. Duos tm̃ habet in pede digitos. vngues aduncos. sꝫ rostrum paruum ac directum. Circa aquas

assidua est. pisciculis vivit. terrā rostro cavat. ibiq3 nidum congerit ac fetus facit.

Operationes

A ¶De hac opinat vulgus. q3 si pellē cū plumis aut mortue detrahas et parieti infigas omī anno plumas ac si esset in corpe cōmutabit.



Capitulum. cxxii.

Selentides. Ex libro de natu. rerū. Selentides sunt aves (vt dic Plinius) quaꝝ suffragiū a Joue deo petunt incole mōtis cassini cum a locustis fruges illius vastantur Itaq3 a deo misse locustas depopulantur: et vnde veniant: quove abeant ignoratur: aut q̄ vadant. Hoc idem dicit Albertus in libro suo de naturis animalium in tractatu de avibus.

Hec igit dicta de aviū natura sufficiant.

Prohemium.

Iam in p̄cedenti tractatu locuti sum⁹ de volatilibꝰ q̄ in genere animaliū videntur esse pfectiora natatilibꝰ. Jdo nūc in isto quarto tractatu deo opitulante dicem⁹ de natatilibꝰ sive animalibꝰ aquaticis: h est de piscibꝰ. Nam sicut aer ornatus est suis aīalibꝰ sc3 volatilibꝰ q̄ possunt ex eo respirare propter crassitudinē humoris et quoꝝ corpa potest sustinere. sic et aqua suis. id est natatilibꝰ. que q̄des pinnulis suis innitūtur aque natādo. sic aves pennis suis volando. De piscibꝰ igitur dicturi s̄m ordinē alphabeti: et p capitula sicut in precedentibꝰ procedemus.



Capitulum. i.

Abremon Achandes Accipenser Albirem et Alphoram. Ex libro de naturis rerum. Abremon: al's Abare non est piscis vt dicit Arestotiles. multum fecundus ovis. nec alioꝝ more contactu maris parit. sed naturali quodam instinctu ventrem suum ad arenam fricat. que contactu aspera est. et gustu salsa. Sicq3 ova cōcepta parit: et post tempus debitum fetus educit. Jorath in libro de animalibus. Piscis abren hora tempestatis maris. natos suos in ventre salvat. et post tempestatem evomit eos. ¶Idē. Achandes piscis solicitus de pullis suis navibꝰ maris adheret. sicq3 propter ipsum omnino fiunt

immobiles naues. ¶ Ex li. de na. re. Accipen/der est (vt dicit Plinius) piscis apud antiquos nobilissimus. Hic solus contra morem omnium piscium habet squamas toto corpore ad os versas. ¶ Pli. li. ix. Apud antiquos piscis nobilissimus habitus accipender. vnus omnium squamis ad os versis. contra aquam nando meat. nullo nunc in honore est. quod quidem miror cum sit rarus inuentu. quidam eum elopem vocant. In li. vts. Albirez est piscis marinus habens cutem adeo spissam et duram ac firmam: vt ea milites vtantur pro galeis. In eodem libro. Alphoram est piscis qui non gignitur. sed in loco lutosa vbi non est aqua. ex ipsius luti putredine in modum vermiculi creatur. postea est cum ascenderit aquam crescit in piscem. Durat autem modico tempore: citoque dissoluitur.



Capitulum .ij

Anguilla. ysi. Anguilla dicitur ab anguis similitudine. Huius origo ex limo est. Unde et quando capitur adeo lenis est: vt quanto fortius presseris: tanto citius labatur. Ferunt autem orientis fluuium gangen anguillas terrenis pedibus gignere. Plinius li. ix. Anguille octennis viuunt annis. Durant et sine aquis diebus senis acquilone spirante austro paucioribus. At hyemem in exigua aqua non tolerant neque in turbida. Ideoque circa vergilias maxime capiuntur. Fluminibus tamen preci pue turbidis pascuntur noctibus. ex omnibus piscium sole non fluitant. Porro vice pedum pinne date sunt bine piscibus omnino longitudo vt anguillis et congris. Item anguille scopulis se atterant. eaque strigmenta viuescunt: nec alia est earum procreatio diutius. at ceteris viuunt anguille aquis exempte. Idem li. x. In anguillis omnibus nec est masculinum neque femineum genus: quia nec animal nec ouum ex se generant: sicut neutrum est et ostreis genus: ceterisque vaso vel saxo adherentibus. ¶ Ex lib. de na. rerum. Anguilla est a liorum piscium limo nascitur: difficulter excoriatur. durissimam habet mortem. que etiam excoriata viuit ad vocem tonitrui commouetur. Aquis claris fluuialibus gaudet. et in absconsione pliadis maxime capitur. quia tunc ex ventis oppositis aqua turbatur. Ad pisciculos inferiores potestatis rapax est. maxime tamen cum in semine reperiuntur.

Operationes.

¶ Ex li. vts. Ex omnis sola piscium non fluitat: nisi cum aquis putrefacta dissoluitur. plus alio cibo decoquatur. aliter nociuus est cibus eius. ad ignem assata plus competit: quia malicia eius illic euaporatur. A

¶ Pinguedo eius auribus medetur. B

¶ Item anguille vino necate: qui ex eo biberit tedium vini habent. C



Capitulum .iij.

Alec. Ex li. de na. rerum. Allec est piscis marinus admodum paruus in occiduo mari: quod mediterraneum est inter maiorem Britaniam et germaniam. Cumque vnumquodque fere genus piscium marinorum habeat tempus suum in quo solo sit bonum: scilicet ab Augusto vsque ad Decembrem. Qui cum recens captus fuerit delicatiorem cibum prebet. Salsus autem in vsum hominum vltra quam alij pisces sanus durare potest. Omnium quoque fere piscium solus aqua viuit tantum. Nec nisi in aqua viuere

potest. Nã statim vt aeris serena ɔtigerit expi-
rat. nec vlla mora est inter ɔtactũ aeris ꝛ expira
tionẽ. Oculi eiꝰ instar luminis de nocte lu-
cent in mari. sꝫ boꝝ fctus cũ ipo pisce moritur.
vbicũqꝫ sup aquas in mari lumẽ vidẽt: grega
tim adnatant. Et h astutũ ad rhetia dictꝫ tem-
poribꝰ alliciũt q̃si parati. ad capiendũ diuino
munere in vsũs hominũ deducũt. Hybernis
aũt tpibꝰ secrete maris vsqꝫ ad tempꝰ debitũ ab
scondunt. ꝛ h circa germaniam. ¶ Ysid. Allec
piscis est ad liquorẽ salsamẽtoꝝ ydoneꝰ. vnde
ꝛ nũcupatꝰ. Actor. Fert ãt allec ex puro aque
elemẽto viuere: sicut salamandra ex igne.

Operationes

A ¶ Piniꝰ libro. xxxix. Allece scabies pectorꝫ sa
nat infusa p cutem incisam.

B ¶ Et ɔ canis morsus: draconis ve marini pdest



Capitulum. iiii.

ARaneos Aries ꝛ Arini. ¶ Auicenna
Aranea marina. videtur q dispositio-
nes eius ppinque sint dispositionibus
scorpionis. ¶ Ysid. Aranea genus est piscis. di
ctum eo q aũre feriat. habet tm̃ in ea stimulos
quibus percutit proximantes. ¶ Plinius lib.
ix. Aculeo spine in dorso obnoxius est ac ve-
nenosus. ¶ Plinius in eodem. Aries est piscis
qui grassatur vt latro nũc grandi nauium in
salo stantium occultatus vmbra. si quẽ nandi
voluptas inuitet expectat. nunc elato extra
aquam capite piscantium cymbas speculatur.
occultatusqꝫ adnatans mergit. ¶ Esculapius
in li. de aĩalibꝰ. Arini siue harini piscis cũ ho-
mo viderit eũ inebriat. ꝛ mouet eũ ad rixas et
ɔtentiões: postq̃ꝫ fco comederit placat ira eiꝰ.

Operationes

A ¶ Aranea itaqꝫ morsus ceterũqꝫ reptiliũ mari
noꝝ venenosoꝝ. dixerũt curãdos esse cũ tyria-
cis q̃bꝰ curat venenũ frigidũ ꝛ cum medicinis
rutelarum: ꝛ tyriaca eoꝝ.



Capitulum. v.

ASpidochelon ꝛ Aurata. ¶ Phisiolo-
gus. Aspidochelon grece dr belua que
dã in mari: q̃ latine dr aspido testudo.
Est autẽ cetus magnus: habens sup coriũ suũ
tanq̃ꝫ sabulũ. qd est iuxta littus maris. Vnd
plerũqꝫ eleuato dorso suo sup vndas a nauigã
tibꝰ nihil aliud credit esse q̃ꝫ insula itaqꝫ appli-
cantes dentes sup eam alligant naues accen-
dunt focos ad coquendos cibos. Ille fco vbi
sentit odorẽ ꝛ calorẽ ignis mouet se a loco. ꝛ sic
mergit naũes in pfundũ. alia q̃ꝫ huiꝰ belue na-
tura hec est. qñ esurit aperit os suũ: ꝛ quasi quẽ
dam odorem bene olentem exalat de ore suo.
Quem sentientes minores pisces ɔfluũt i os
eius. quod vt impletũ fuerit claudit ꝛ os trans
glutit. ¶ Idem. Aurata dicit ex eo q in capite
suo auriculo rem habet.

Capitulum. vi.



A Aforam. Alb. i li. de na. aīaliū. Alforā piscis est q̄ ex putredine luti generat᷑: ꝛ i luto sine aq̄ ꝑcreat᷑ admodū ꝟmiculi. q̄ ꝟmis aq̄ ascendēte crescit i piscē. De h̄ pisce naute dicunt: qm̄ si ꝯsumat᷑ putrefact᷒ vsq̧ ad caput et ad oculos. adueniēte aq̄ iteꝝ renascit᷑: ꝛ tūc diu viuit: cū ante hmōi suam regenerationē parue vite sit. vt sup̄ dictū est capitulo ꝑmo.



Capitulum. vij.

N Asturā. Alb. in li. ꝺ na. anialiū. Asturā piscꝫ ē q̄ tpe veris ꝛ autūni ī spumis pluuialibꝰ generat᷑: ꝛ ī eis ebulit sicͨ ꝟmis ex stercoribꝰ aīaliū. Dꝛ etiā ex luto generari. h̄ piscꝫ impatiēs. claritatꝫ solis fugit ad vmbras arborū q̄s in aq̄s ꝓijciūt. calorē tn̄ diligūt ꝛ hn̄t. de profundo ad ripā natāt. tpe siccitatis nō abūdant sꝫ qn̄ multe sunt pluuie ꝛ calide abundant.



Capitulum. viij.

H Aureū vellus. Alb. in li. de na. aīalium. Aureū vell᷒ est aīal marinū sicͨ spōgia. ꝛ de spōgiaꝝ genere. sꝫ rari᷒ ē ꝛ molli᷒ admodū lane. ꝛ lanugo ei᷒ ī auri splēdorē ꝯuertit᷑ ꝛ dilatat᷑: ꝛ ꝓlōgat᷑ sicͨ vellus. ꝛ dū est in mari. ꝛ mouetur motu ꝯtractiōis ꝛ dilatatōis sicͨ spōgia. ꝛ raro inuenit᷑. tn̄ hoc inuentū in frigia: tum extitit belli troyani inter grecos ꝛ frigios. sicut dicit Dares frigius in hystoria troyana.



Capitulum.ix.

Arburciũ. Amnis. Abaniger. Afferus ⁊ Astralus. Alb. in li. de na. aialiũ inq̇t Arburciũ piscis est multꝫ ouis fecũdus sed non eijcit oua nisi ventrē ꝯfricet ad barenā tactu asperā. ⁊ in illa pullos educit ⁊ complet. ¶ In eodem li. vtš. Amnis piscis est vt dicũt saxatilis: q̇ lapidē gestat interius. Est āt valde speciosus in lateribus. ꝑgultas hñs puniceas toto autē corꝑe reliquo diuersis coloribꝫ est di/stinctus ac depict⁹. ¶ In li. vtš. Abaniger pi/scis est vt dicũt q̇ amno ꝓpemodũ similis est. ⁊ est lõg⁹ ⁊ rotũdus. q̇ germanice gwich vocat. ⁊ est alb⁹ bonaꝝ carniũ. breuior anguilla. rostꝝ auis habēs ꝓ ore subtile ⁊ lõgũ. ⁊ rubeũ ⁊ viri dē interius habet spinā. ¶ Alb. in libro vt sup̄ Afferus piscis est q̇ ꝓpter exiguitatē hamo ca/pi nõ potest. ¶ In eodē li. Astralus piscis est q̇ aquaꝝ vndas ore suscipit ⁊ orit̃ qñ pleades oc cidũt: eo ꝙ tũc temp⁹ est pluuiaꝝ.



Capitulum.x.

Abydes. Alb. in li. vtš. Abydes a nĩal est marinũ. cui⁹ ꝯuersatio ꝑmũ est in aq̃is: ⁊ cibus. Et postea mutat̃ figu/ra ei⁹ ⁊ efficit̃ terrestre. ⁊ egredit̃ de aq̃ querēs victũ in terra. ⁊ cum figura mutat̃: mutat̃ etiaꝫ nomen eius: ⁊ vocatur astoyꝫ.

Capitulum.xi.



Abuna. Alb. in li. de na. aialiũ. Abune mõstrũ est maris gulosi⁹ cũctꝫ marinis beluis. preda viuit. ⁊ in crassitudine corꝑis sui vertit̃ ei q̇cq̇d comedit. vñ qꝛ stomacho caret: venter eius qñ comedit multũ extendit̃ ⁊ inflat̃ sup̄ modũ. ⁊ cũ ampli⁹ extēdi neq̇t. pisces ꝑos eijcit. ⁊ h̄ de facili. qꝛ cũ collo careat sic̃ ceteri pi/sces: os ei⁹ ꝯtiguũ est ventri. Est aũt adeo cras sum aial ꝙ qñ ꝑiculũ timet: pellē ⁊ carnes suas ꝯhens replicat. ⁊ extremitates sui corꝑis intra se sic̃ iricius abscõdit. ita vt nõ appareāt. qđ tñ aliqñ sine sui detrimēto nõ facit. Mortemeñ adeo timet ꝙ cũ periculũ senserit nõ laxari: ne abscedere bestiā q̃ in insidijs latet: nequaq̃ꝫ ca put foras extrabit qđ intra corp⁹ suũ abscõdit. sed cum affligitur fame carnes suas deuorat. magis eligens in parte absumi q̃ꝫ preda facta beluis in toto consumi.



Capitulum.xij.

B Archora. Albertus in libro vt supra. Barchora est animal marinũ habẽs orificium pre omībꝰ animalibꝰ fortissimũ. Nam ꝛ lapidem si in ore suo acceperit: eũ frangit. hec quandoqꝫ ad ripas exit: ꝛ herbas depascit. et quando oportet in aquam reuertitur. ibiqꝫ submergitur ne cutis dorsi eius a sole exsiccet. ꝛ ad nutũ debitum deflectere se non possit. Pisciculos quoqꝫ comedit. ꝛ ꝑ illos deprehendit. Piscatores nāqꝫ pisciculos paruos viuos filo consutos in mare ꝓiciunt. qui dum effugere nõ valent. sed insimul fluitant. animalis predicti morsibus patent. At ipm animal dum vnũ post alium transglutire laborat, interim occupatum deprehenditur.



Capitulum:xiij.

B Orbotha. Botha. ꝛ Brenna. ysido. Borbotha sunt pisces quidaꝫ fluuiales. aliquatenus anguillis similes. lubrice nanqꝫ sunt. et excoriantur sicut anguille. Corium habent nigrum. esum dulcem. et epar pre omībus piscibus melius ꝛ efficacius. Caput magnum respectu corporis. os amplum et latum valde. Cum autem etate duodecim annos excesserit: in corpus magnũ crescit. ꝛ tunc nomen eius mutatur: ꝛ solaris vocatur. ꝺ quo inferius dicetur. Idem. Bothe sunt pisces fluuiales: qui non natant: nisi per amplitudineꝫ corporis. Tenuissimi nanqꝫ sunt et lati valde.

Pinnas habent in circũitu lati corporis. impinguantur vento meridionali flante. Cunqꝫ venatur hic piscis a piscatoribus: fundũ aque petens: aquam supra se turbat vt videri nequeat. Maximeqꝫ corpore strato cum terre adheret. supra dorsum terre simillimus est. Maculas autem in dorso rubeas habꝫ. ¶ Alexander Brenna est piscis fluuialis: qui cum videt sibi lucium imminere: declinat ad scenosa aquarum limpiditatem a tergo perturbans.



Capitulum.xiiij.

B Alena. ysidorꝰ. Balena est immense magnitudinis bestia ab emittendo ꝛ fundendo aquas vocata. Ceteris em̄ bestijs maris altius iacit vndas. Balin autẽ grece dicitur emittere. ¶ Plinius libro nono. Balenas in gaditano occeano nõ ante brumã conspici tradunt. Condi autem estatis temporibꝰ in quosdam sinu placito ꝛ capaci. mire gaudentes ibi parere. hoc scire orcas infestam his beluam. et cuius ymago nulla repñsentatione alia possit exprimi q̄ꝫ carnis immense dentibus truculente. Irrumpunt ergo in secreta vitulosqꝫ illarum aut vetus: vel etiam nondum grauidas morsu lacerant. incursuqꝫ ceu liburnicarum rostris fodiunt. Ille vero ad flexum immobiles ad repugnandum merces ac pondere suo onerare. Tunc quidem in vtero graues pariendi ve penis inualide. solũ auxilium nouerunt in altum perfugere: seqꝫ toto occeano defendere. E cõtra orce laborant occurrere

secque opponere. et cauatis angustijs trucidare in
vada vrgere satis illidere. Spectantur hmoi
predia ceu ipo mari sibi irato: nullis in synu ve
tis: fluctibus vero ad anhelitus: ictusque quantos
nulli turbines voluant. Ora balene habet in
frontibus. Ideoque summa aqua annotantes in
summa nymbos efflant. Balenis branchie
nō sunt sicut nec delphinis. Hec duo genera fi-
stulis spirant que ad pulmonē ptinent. Bale-
nis a fronte: Delphinas a dorso. Item q pilo
vestiuntur animalia pariunt vt pristis. balena:
vitulus ¶ Idem in libro. x. Balene ac Delphi
ni dormiunt. Nam etiam stertentes audiuntur.
¶ Solinus. Indica maria balenas vltra spa-
cia quattuor iugerū habent. Sed quos fasci-
turas nuncupant. Qui enormes supra molem
ingentiū colūnarum vltra nauium antemnas se
extollunt. haustosque fistulis fluctus ita eruc-
tuant: vt nymbosa alluuie: plerumque nauigan
tium alueos deprimant. ¶ Ex libro de naturis
rerum. Balene branchias non habentes fistula
spirant. quod raro in marinis animalibus inue
nitur. Fetus suos gestant cū infirmantur et inua-
lidi sunt. et si parui sunt: eos in ore suscipiunt.
hoc idem imminente tempestate faciūt. et post
tempestatē illos euomunt. Quū pter defectum
aque fetus impediuntur ne matrē sequantur. Ma
ter aquam in ore receptam instar fluuij ad eos
eijcit: vt sic inherentes terre liberet. adultos
etiā diu comittatur. Adolescunt autē celeriter. et
decem annis crescunt



Capitulum. xv.

Babilonicus: et Belue. Alb. in lib. de
na. aīalium. Babilonici pisces sunt (vt
dicit Theofrastus) circa babiloniam
existentes in locis vbi dulces aquas in cino-
rosis recipiuntur ex fluuijs incidentibus. inde em
egrediuntur pisces ad pastum. capita ad modum
ranarum magnarū reliquas partes corpis ad
modū ragie habentes. similes piscibus alijs pin
nulis gradiētes et cerebro motu caude. ¶ Pli-
nius. Belue in orientali mari sunt. Et belue
sunt aīalia marina adeo magna et importuna
que pcellas excitant de pfundo. et picula nauibus
inducant. itaque naues Alexandri ad pericula
deduxerunt.



Capitulum. xvi.

Cancer. Ex libro de naturis rerū.
Cancer pedes habet et brachia
forcipesque pro manibus: retrogra
dus est: nec vnque ante faciem su-
am ambulare nouit. Mares du-
as habent spinas inter ventrem et caudā: qui-
bus femine carent. Que oua in ventre habēt
ictibus serpentum medentur. Coitus tempo-
re mas ascendit in dorso super feminam. At il
la motum eius sentiens a tergo coire volētis
inclinata super latus ad ipsum se puertit. sicque

costus completur. latent in hyeme mensibus quinis. Uernis tempore senectutem exuunt velut anguis. Cancer lacte potatus: sine aqua viuit multis diebus. Cum autē senuerit: duo lapides albi coloris intermixto rubore inueniuntur in eius capite: quos tante virtutis esse dicūt. vt in potu dati cordis punctiones sanāt. ¶ Arestotiles. Cancer habet octo pedes: per quas mouetur equali motu. caret sanguine: durum extra: et intus molle. nec est illud durum conterribile. immo accipit ignem in ripa maris quod est intra iudeam habentur cancri parui qui dicuntur milites propter velocitatem cursus. tantum enim currunt ꝙ deprehēdi non possunt. Et cum aliquis finditur non inuenitur in eius corpore caro vel superfluitas omino: quia pascua non habent. ¶ ysidorus. Cancri vocati sunt: quia conche sunt. Crura babentes. inimica ostreis animalia. Eoꝝ vero carnibus viuunt miro ingenio. Duo aūt sunt genera cancrorum. fluuiales et marini. ¶ Ambrosius. Cancer ostreis vescitur. ſ; quia ostreum clausum nulla vi aperiri potest. Periculosumqꝫ est si chelani eius includat ad argumenta confugit. ⁊ insidias noua fraude mollitur. Explorat enim si quando ostreum remotis in locis ab omi vento contra solis radios diptycum in illud suum aperit. vt aere libero viscerū suorum voluptatem quandam capiat. et tunc clanculo calculum immittens ostree conclusionem impedit. sicqꝫ aperta claustra reperiēs tute chelas impetit: visceraqꝫ interna depascit Item femine maiorū membrorum sunt ꝙ masculi. ⁊ distātia coopertorij maior est ꝙ in masculis. ⁊ ouat per locum superfluitatꝫ. Cancer paruus generatus ex terra ⁊ limo intra loca vacua testarum aliorum animalium. Cumqꝫ creuerit aliquantulum mutatse ab illo loco ad testam maiorem. Cancer ⁊ Karabo in senectute exuunt spoliū. Uterqꝫ accipit pisces in profundo maris duobus suis labijs ⁊ diuidit eos in duas partes ⁊ ducit ad os suum.

Operationes

A ¶ Auicēna libro. ij. Cancer marinus ꝓprie dicitur illa species cancri maris qui babet omia membra dura vt lapis.

B ¶ Quod ex eo adustum est subtilius est reliqs adustis. ⁊ abstergit dentes. ⁊ delet pannum ac lentigines.

C ¶ Ulcera quoqꝫ desiccat. ⁊ ꝯfert scabiei. Item probibet lacbrymas: ⁊ resoluit cū sale vngulā. Fit quoqꝫ ex eo collirium: ⁊ fricatur cū eo scabies palpebrarum.

D ¶ Probibet etiam quartanam. Cancer fluuialis cōfert extenuatis valde. Testa cancri marini subtilior est ꝙ clibani.

E ¶ Exsiccatiua est: ⁊ abstergit pannum ac lentigines ac scabiem. Cancer fluuialis est difficilis digestionis: ac plurimi nutrimenti: ⁊ ipm quidem rectificat.

F ¶ Decoctioqꝫ cum melle extrabit spinas ⁊ acutas res infixas carni.

G ¶ ysaac li. iij. Cancros ⁊ omēs pisces conchas babētes testaꝛ Galienꝰ esse solubiles ꝓpter falsitatem eorū ⁊ acumen ꝓinde stomacho nociua sunt: maxime neruositati sue.



Capitulum. xviij.

C Caab: ⁊ Canis marinus. ¶ ysidorus. Caab est animal marinum babens pedes paruos: respectu sui corporis: quod vtiqꝫ magnū est. Sunt autem pedibus vacce similes. Horum vnus longus est cartillaginosus osse carens: quo vtitur loco manibꝫ in omnibus. Per ipsum enim eradicat quod vult. et per cibaria per eum accipitur. eaqꝫ ori suo reddit. Et cum natat in aqua spirat in ea. sed spirando anbelitu suo aquam in corpus suum attrabit. qua cum repletꝰ fuerit: ad aerem recurrens eam reijcit. ⁊ sic respirat. ¶ Idem. Canis est marina belua: terribilis ⁊ hostilis omi animanti: qō eiꝰ verberibꝫ cedit. Robustissimos babet brancbos clauoꝝ modo formatos. Hi venanē ꝑ mare greges pisciū instar canum in terra feras venantiū: excepto ꝙ latrare nequeunt. sed pro latratu afflatū borribilem babet. Insequentes ꝙ pisciū greges ad loca angusta

coartāt: ⁊ sic ī coartatos crudeli morte grassant Piscatores ꝓ laca notātes in q̇bꝫ absconditi pisces a fuga latebāt. rhetibꝫ capiunt circūclu sos. Hee ꝓ belue difficulter multꝫ tridentibꝫ ꝯfici possunt. Itē canis marinus a similitudīe morū canis terrestris dr: eo scꝫ ꝙ mordeat.

Operationes.

A ¶ Aui. Fel canis marini vel canis aque dixe rūt esse venenū: de q̄ si q̇s comederit q̄ntitatē lentis vnius interficit post hebdomadam.

B ¶ Sed cura eius est vt bibatur butirū coctū vaccinum cū gentiana romana et cynamomo et iterum coagulum leporis.



Capitulum .xviij.

C

Laucius. Capitatus. ⁊ Carpera. Ex li. de na. re. Laucius q̄ ⁊ glanis auersus mordet hamos mescatos: nec eos de uorat sꝫ spoliat. ¶ Actor. Scd̄m Pliniū p g. ⁊ l. in ꝑma sillaba scribit. vt laucius glaucius. ¶ In li. vtō. Capitatꝰ est piscis ad modū paruꝰ habens corpus ꝓpe ad reliqui corpis magnitu dinē. os qꝫ rotundū ⁊ amplū. Hic in fluuijs habitans libenter sub lapidibꝫ ⁊ inter saxa de litescit. ¶ In eodē libro. Carpera piscis est q̄si squamis aureis in lacis vel fluuijs. sic dicta: q̄si que carpens parit. cum eīn oua in ventre ad pariendū apta dictante natura presenserit marem suū odit: ⁊ ore innuit pulsu leni. vt ad iuuet pariturā. tūc ille loco seminis lac emittit qd̄ illa suscipiēs ore statim oua parit in sobolē ꝓfutura. Nā oua parere neq̄t nisi ꝑus ore semē recepit. Semen aūt cū receptū fuerit: nō solū ad partū iuuare videt: sed etiā ad oua ꝯcipien da ⁊ formanda. vnde soboles in anno futuro sperat. Semini carpere nōnūq̄ꝫ in anno pri mo natiuitatis niger vermiculus. q̇dam post aurem suā tabificūs innascit. ⁊ hoc sepius post augustum. eaqꝫ tabe moritur.

Operationes

A ¶ Remedium eius est aqua dulcis ⁊ fluuialis Huius soboles paucis aquis prouenit si in singulis fossis decem cubitorum recenter fac tis ponantur singule carpere cū paribus suis ante partum proxime

B ¶ Opinio vulgi est earū sic sobolē ꝓuenire: sꝫ postq̄ꝫ peperit eximunt. Soboles qꝫ triū vel quattuor mensiū tempe roborata. fossis reiecta reponit vbi habet crescere cū ꝑfectis.

C ¶ Habet hic piscis astutias multas. vt rheti capiendus euadat. cum enim rhete intrauerit circumiens foramen querit. Quod si non in uenerit: saltare nititur in auras liberas super rhete vt extra cadat.

D ¶ Aliquando sub rheti refugium querit. aliq̄n herbam ore tenet in fundo aque: vt rhete sup ueniens elidatur.

E ¶ Aliq̄n etiam a superis veniens cum impetu caput in limo fortius figit. vt scꝫ rhete p caudā transitus captione frustretur.

F ¶ Huius cerebrū augmentū ⁊ decrementum lune crescere vel decrescere dicitur.

G ¶ Et licet h̄ sit in omni pisce. in h̄ tn̄ magis. sic inter quadrupedia in lupo scꝫ ⁊ cane.



Capitulum. xix.

Cetus. Ex li. de na. re. Cetus est pisciũ maximꝰ: habẽs os in fronte magnũ. ꝛ patulũ. ꝛ oris meatꝰ strictos. In iu-uentute dentes habet nigros. in senectute al-bos. Hi pisces aliqñ fluctus haustos ita eruc-tuant: vt alluuie nymbosa plerũqꝫ classem na-uigantiũ deprimant. sed ꝛ cũ in mari tẽpestas oritur se sup fluctus attollũt: ꝛ cõmotionibꝫ ac turbinibꝫ naues mergunt. Harenas aliqñdo dorsis sustollunt. in qbꝫ ingruente tempestate: naute terrã se inuenisse gaudẽtes anchora iac-tis falsa firmitate quiescũt. ac ignes accensos belua sentiẽs subito cõmota se mergit ꝛ hoĩes cũ nauibꝫ in ꝓfundũ trahit. Cetus postqꝫ eta-tem annoꝝ triũ excedit: cũ balena coit. ꝛ ĩ ipso mox coitu virtute virge genitalis emutilatur: ita ꝙ vltra coire neqt. sed intrans alti maris pe-lagus intantũ excrescit: vt nulla hominũ arte capi possit. Infra tres igitur annos etatis sue capi potest. Capiunt autem sic: piscatores locũ vbi cetus est nutantes. illic congregant cũ na-uibus multis: factoqꝫ circa eum fistularum ac tubarum concentu alliciũt insequentem. quia gaudet hmõi sonis. Cũqꝫ iuxta naues heren-tem sono modulationis attonitum cernũt: in-strumentũ quoddam adinstar rastri dentibus ferreis acuminatum: in eius dorsum clam ꝓij-ciunt: clamqꝫ diffugiunt. Nec mora si certum vulneris locũ dederit: fundum maris cetus pe-tit: seqꝫ ad terram dorso fricans: vulneribꝫ fer-rum violenter impellit: quousqꝫ ꝑfossa pingue-dine viuam carnez interius penetrauerit. sic-qꝫ ferrum subsecuta salsa maris aqua vulnus intrat ac vulneratum ꝑimit. Mortuũ ergo su-per mare refluitante piscatores cũ funibꝫ adeũt ꝛ ad littus cũ magno tripudio trahunt.

Operationes

A ¶ Actor. Cetus (vt fertur) qñ ludit in mari sig-nũ est tẽpestatis. Idem de balena dr. Huiꝰ ge-neris est aspido chelone. de q̃ dictũ est supra.

B ¶ Ysi. Cetꝰ ãt vt legit nõ comedit vt alij pisces masticãdo: cibũqꝫ dentibꝫ cõminuẽdo. sꝫ tantũ modo glutiẽdo: ꝛ intra corpꝰ retinendo.

C ¶ Item habet oris meatus vt dictum est stric-tos. Unde nõ nisi paruos pisciculos deglutit quos odorifero anhelitu suo attrahens ad se ac deuorans in ventrem suum mittit. Habet enim in gutture quandã pellem mẽbrane simi-lem: que multis meatibꝫ ꝑforata: nõ sinit q̃cq̃ magni ingredi ventrem.

D ¶ Iorath. Cũ aũt cetus sperma ꝓijcit in coitu suo cũ femina: qđ supfluit ex ipo spermate sup

natat aquã ꝛ colligit ambra. Platearius. Am-bra dr esse sperma ceti: vt superiꝰ dictum est in tractatu ꝑmo de herbis. cap. xx.

E ¶ Auicenna. Ambra vt estimo est manatio for-tis in mari. melior est grisea fortis. deinde va-ria. post citrina.

F ¶ Et adulteratur cum gipso ꝛ cera ꝛ laudano. Nigra specie mala est. De virtute ambre etiaꝫ superius satis dictum fuit.





Capitulum. xx.

Celethy et Cerũleo. Ex libro de natu-ris rerum. Celethy ſm Arestotilem est animal marinum. quod preter mo-rem alioꝝ oua in matrice sua generat. Quibꝫ illic debito tempe fortes exeunt vermes ex illis. Quos cum peperint incredibili celeritate fiũt animalia ꝑfecta parentibꝫ similia. Cor habet magnum: ꝛ tamen est valde timorosum. gra-uiter dormit. ita vt manu capi possit. Aresto. Celethy est ex animalibꝫ carnem comedenti-bus. Celethy quidem habet oua. vnum cõple-tum intra quod ꝛ parit extra. Ceteri ꝟo pisces ouant extra oua incõpleta: excepta rana mari-na. Oua hec post paruitatem cito crescũt sicut vermes que generantur ex animali paruo val-de. deinde crescunt per se. Celethy non habet alas. sed habet similẽ radicibꝫ in terra crescen-tibꝫ. Generat autẽ multotiens scꝫ sex mensibꝫ. Exit a profundo maris et pullificat ꝓpe terrã: quod facit ꝓpter calorẽ: et vt a pullis suis au-feeat timorem.

Operationes.

A ¶ Ex li. de na. rez. Ceruleũ monstrum in flu=mine gange instar cancri. habens brachia lon=gitudine septem cubitoꝝ. quibꝫ elephantē cor=ripit ꝛ vndis submergit.

B ¶ Plinius li. viij. In gange inde statius sebo=sus aut modico miraculo affert. vermis bran=chijs binis. lx. cubitoꝝ ceruleos ꝗ nomen a fa=cie traxerũt. His tantas esse vires vt elephan=tos ad potũ veniētes mordicus cōprehēsa ma=nu abstrahant in ꝓfundum.





Capitulum. xxi.

C Chilon ꝛ Circhos. Ex li. de na. rerum Chilon inter omniũ aīaliũ genera nō pascit. sed tm̄ humiditate viscosa que exit ab eo: cibat ꝛ nutritur. vnde fit vt hoc ani=mal semꝑ sit ieiunũ: ꝛ tñ corꝑe validũ. Nam et in feminis videmꝰ plus posse differri ieiuniuꝫ ꝑ multos dies ꝗꝫ in viris ꝓpter superfluitates humidas ꝛ viscosas que magis habundant in eis. id est feminis.

Operationes.

A ¶ In eodem libro vt̄s. Circhos al's Crichos: habet cutem testeam. lenem. nigrā. ꝛ in aliqua parte rubeam. fissuras duas in pede: que tres digitos faciunt. pedeꝫ dextrũ habet paruum: sinistrum vero magnum.

B ¶ Et ideo cũ ambulat totũ corpꝰ fert suꝑ sinistꝝ aere claro absolutꝰ incedit. Cōmotis aũt vētis applicat lapidibꝫ: ꝛ immotus quiescit.

C ¶ Cuicũqꝫ rei adheret: forti applicatōe adheret.

D ¶ Et hoc mirũ est ꝙ claro quidē tꝑe sui potesta=tem habet. tempestuoso autē debilitat ꝛ infir=mat. Caput habet humanũ. reliquũ vero cor=pus fere vt canis marinus.



Capitulum. xxii.

C Onche. Plinꝰ li. ix. Concharũ gene=ra firmioris sunt teste. in quibꝫ magna varietas apparet ludentis nat. Tot coloꝝ differentie. tot figure. inter quas princi=patũ tenent margarite. ¶ Ysid. Conche et co=chlee inde vocate sunt. qꝛ deficiēte luna cauā=tur. id est euacuant. Omniũ em̄ clausoꝝ mari animaliũ atqꝫ conchaꝝ incremēta lune mem=bratur gescũt: defectu euacuant. Nam luna cũ in augmēto fuerit auget humorē. ꝛ cũ in defe=ctũ venerit humores minuunt. Conche auteꝫ ꝑme positiōis nomen est. Cochlee ꝟo ꝑ dimi=nutionē ꝗsi conchule. Conchaꝝ multa gene=ra sunt. inter quas ꝛ margarite que celee esse di=cunt. Fulgentiꝰ in libro mitilogiaruꝫ. Concha marina toto corꝑe simul aperto miscet in coitũ sicut iuba refert in phisiologis. Haly. Sade=phum. id est concha marina meliꝰ est album.

Operationes.

A ¶ Rasi in almansore. Conche marine aduste ab radendo purgant dentes.

B ¶ Ex non adustis aut attritis emplastrũ factũ adustionem ignis sanat.

Capitulum. xxiii.

[illegible]



Cochlee. Pli. li. ix. Cochlee aq̄tiles ter/
restresq̄ꝫ sūt exerētes se domicilio. bina/
q̄ꝫ ceu cornua ꝓtendētes ꝯhentesq̄ꝫ oculis ca/
rent. Ideoq̄ꝫ corniculis eaꝝ ꝑtentant iter.

Operationes

A ¶ Idē in li. xxx. Cochleaꝝ cibꝰ stomacho ē vti
lis: ſꝫ in aq̄ oportet eas in tactu eaꝝ corpe sub
feruere fieri. mox ī pruna torreri: ⁊ e vino garoq̄ꝫ
sumi. laudatissime sunt affricane: ⁊ ex insulis
B capreaꝝ. ¶ Idē in li. xxxij. Ictibꝰ scorpionū car
nes fluuialiū cocleaꝝ resistunt crude vel cocte.
C ¶ Quidaꝫ ob id salsas q̄ꝫ obseruāt ⁊ imponūt
ipsis plagis ꝑcipiūt ⁊ cochlee crude carnē tri/
tam bibere ex aqua calida in tussi cruenta.



Capitulum. xxiiij.

Conger Corez: ⁊ Coruus marinꝰ. Ex
li. de na. re. Conger est piscis marinus
vt murena lōgꝰ: ſꝫ corpe multo maior.
Hic vento flante vehemēti impinguat̄. ⁊ eius
carnes dulcissime sunt ad edendū. Cū murena
ceterisq̄ꝫ piscibꝰ inimicitias hꝫ. ⁊ intantū robu
stus est: vt polipū fortitudine dentiū laceret.
Pliniꝰ li. ix. Conger est piscis lōgꝰ vt anguilla
vel murena. flexuoso in pulsu corpis. ita mari
vtens natando. vt serpēs terra rependo. Con
ger ⁊ murena mutuo odio flagrant. caudā in/
ter se prerodentes. Congri mensibꝰ hyemis ia/
cent in spelūcis conditi. nec capiūt̄ nisi diebꝰ
estatis. Pinne q̄ꝫ vice pedū date sunt piscibꝰ bi
ne sunt omino longis vt anguillis ⁊ congris.
Polipū sua rodere brachia falsa opinio ē. Id
eñ a congris euenit ei. Nam polipū lacerant
congri. Polipū ꝓo locusta pauet. locustā con
ger. in siccum repunt etiam congri.

Operationes.

¶ Esculapiꝰ. Corez piscis est q̄ tpe pluuie in ca
uernis occultat se. Nam dū pluuia cadit super
eū ⁊ haurit eam: excecat̄ et postea moritur. A
¶ Isid. Coruus marinꝰ a cordis voce dictꝰ est.
q2 pectore grunnit. suaq̄ꝫ voce proditꝰ capitur. B
¶ Iorath: pisces q̄ dicunt̄ corui qn̄ pullificant
voce sua produūt̄. quia semp gemitus vel grun
nitus proferunt: ⁊ sic capiuntur. C



Capitulum. xxv.

Cocodrillus. Ysidorus. Cocodrillus a croceo colore dictus est. Gignit in nilo. Et est animal quadrupes in terra ꝛ in aquis valens longitudine plerūq; cubitorum viginti. dentiū ꝛ vnguiū immanitate armatū. tantaq; cutis duricia vt q̄uis fortiū ictibus lapidū tergo repercussus sit. non sentiat. nocte in aquis: die humi quiescit. Oua in terra fouet. Masculus ꝛ femina vices seruant. hūc quidam piscis serratam habentes cristam tenera ventrium desecantes interimūt. Solus ex animalib⁹ superiorē maxillā mouere dicitur

¶ Ex libro de naturis rerū. Cocodrill⁹ lingua caret. os patulum et apertum habet: et hiatum vsq; ad aures. per diem in terra quiescit adeo immobiliter: vt nisi ꝯsuetudinem eius precognoscas mortuū illum credas. Oculis clausis dormire se similat. ꝛ aues hiatu suo pabuli gr̄a inuitat. quas ad escam descendentes perimit ꝛ transglutit. Quidam hoc animal sic̄ vrsam semper crescere crediderunt. Circa nili ripas habitat in insula. gens hominū parua quidez: sed animosa. his beluis inimica. Soli enim innatare flumen audent: in quo cocodrilli habitant. saliuntq; supra dorsa eorum ꝛ illos inquietant. Arestotiles. Cocodrillus in aqua cōuersatur: non tamen recipit aquam intra se sed aerem ꝛ parit extra. habet sanguinem duosq; pedes maiores: ꝛ caudam. omniaq; talia sunt fissipedis multorūq; digitoꝝ. ꝛ participant instrumentū sensus in lingua p̄ter cocodrillum. Hoc etiam animal nō habet aures sꝫ foramina tm̄: que sunt vie auditus. nec habet māmillas. nec testiculos. nec virgam apparentem extra sed intra. nec habet pilos. sed per totū corpus est corij squamosi. Habetq; dentes magnos et acutos ꝛ distinctos. habet etiaꝫ oculos similes porcoꝝ. et habꝫ culmos. In aqua quidem debiliter videt. q꜄ spissior est aere. Maior est eius mansio in die super terram: ꝛ nocte in aqua. qm̄ aqūa calidior est de nocte q̄ꝫ aer extra. Trochillos auis os eius apertum intrat: ꝛ eius dentes mundificat: illorūq; sordib⁹ se cibat. Cocodrillus autē in h̄ sentiens iuuamen non nocet eis: sed cū vult eas extrahere mouet collum. nec eas comedit:

Operationes

A ¶ Plinius libro. xxviij. Cocodrilloruꝫ genus cuius vita est in aqua ꝛ in terra cōmunis: dentes e maxilla dextra: dextro lacerto adalligati coitus stimulare dicuntur.

B ¶ Lapillos etiā in vētre illi⁹ exemptos aduersus horrores febriū veniētes pellere tradūt.

C ¶ Et ob h̄ egiptij suos egros ipi⁹ adipe pungūt

D ¶ Dyascorides. Fimus cocodrilli terrent collectus ꝛ succus adhibit⁹: gratū vultū ac niueū facit maxime si albus ac lenis fuerit. ꝛ ī aqua missus cito se soluerit

E ¶ Auicenna in secundo libro. Stercus cocodrilli valet albugini oculi.



Capitulum. xxvj.

Draco marinus. Ex libro de naturis rerum. Draco marinus est monstrū crudelitate horridum. instar draconis terrestris in longitudine extenditur. alis caret: caudam habet tortuosam. caput fm magnitudinem corporis paruum. sed hiatum oris horridum: sq̄uamis et cutem duras pinnam autem habet pro alis. quibus vtitur in natando vno impetu magna maris spacia transcurrit. ꝛ hoc potius robore virium q̄ꝫ remigijs pinnarum. Pestifer est hominib⁹ ꝛ etiaꝫ piscibus morsus eius. Mortem enim infert. ¶ Ysidorus. Draco marin⁹ est in branchijs aculeos habet ad caudam spectantes. Qui dum percusserit quacꝫ ferit. venenum fundit. vnde ꝛ vocatus est.

Operationes.

A ¶ Plinius libro. ix. Draco marinus captus et immissus in arenam: cauernam sibi rostro mira celeritate excauat.

B ¶ Idem libro. xxvij. Absinthium aduersatur draconi marino.

C ¶ Idē libro tricesimo scđo. Carnes etiā stelle

maxie valet ꝯ marini draconis ictus imposite

D ¶ Imponuntur q̄ꝫ ꝯtra eũ salsamẽta ex aceto.

E ¶ Itē draco marinus ad spine sue qua ferit venenum: ipse prodest i impositus.

F ¶ Auicen̄.in.iiij.can̄. Morsus draconis marini similiumqꝫ magni corpis serpentiũ curatur inquantũ est vlcus tantũ nõ inquantũ est venenũ de quo sit curandum.

G ¶ Draconis quidem marini morsus (vt dixerunt) liniatur cum sulphure et aceto.

H ¶ Conferunt ei adipes cocodrilli emplastratꝰ ꝛ plumbum fricatum super ipsum.

I ¶ Idem in scd̃o. Draco marinꝰ vt ait Gal. fin dit̄ ꝛ ponit̄ sup morsum suũ ꝛ confert.

K ¶ Succus etiã absinthij ꝯfert eius morsui.

L ¶ Stanni quoqꝫ cerusa: confert sup puncturam eius confricata.



Capitulum.xxviij.

Delphin. Actor. Delphinus frater hominis dr̄. quia moribꝫ humanis q̄dãmodo assimilat̄. ¶ Ex li. de na. rerum. Delphinus ꝓ voce gemitus est illis humano similis. Et h̄ qꝛ pulmonē habent ꝛ venã asperam. ꝛ eoꝝ lingua nõ est absoluta. nec eorũ labia ꝓueniũt vel prominent ad distinguendam vocem. Aures nõ habent: sꝫ aurium loco foramen. Noꝝ aũt olofactus nec vestigia quidem habet: cũ tñ sagacissime olofaciunt. dormiunt super aquas vt possunt audiri stertere. Viuũt vsqꝫ ad annos.cxl. Mulcentur musica. vnde artionem cytaristam in mari nautis interficere parantibꝫ obtinuit ab illis vt prius cythara caneret. Ad cuius cantum delphinorũ gregibus cõgregatis cum in mari se proiecisset ab vno exceptus est ꝛ ad littus proiectus. Solus delphinꝰ (vt dicit Arestotiles) inter pisces felle caret. ¶ Arestotiles. Delphinꝰ valde diligit filios suos. et ideo longo tempore pascit eos. Solus inter pisces animal completum generat. ꝛ habet mãmillas: lactatqꝫ fetus. Idem. Mortuo deniqꝫ delphino: ceteri delphini cõcurrunt: ipsumqꝫ circumdantes in profunda deferunt atqꝫ sepeliunt: ne a piscibus comedatur. ¶ Item. Delphini parui semper simul sunt tanq̄ꝫ greges. Et habent duos magnos delphinos custodes. qꝫ si quis eorum mortuꝰ fuerit: alij super scapulas eum efferunt: ipsumqꝫ custodiunt: ne ab alijs piscibus comedatur. donec tempestate maris ad littus eijciatur. Inuicem enim se miro modo diligunt. Vnde Plinio testante narratur: qꝫ Delphino capto a rege carie. conuenit ingens multitudo reliquorũ ad portum vbi Delphinus ligatus tenebatur: quibus plangentibus: ꝛ quasi miserationem poscentibus. rex eum dimitti precepit. ¶ Phisiologus. Delphini oculos habent in dorso. et ora in parte opposita. vnde non bene predam suam capiunt propter distortionem oris a parte oculorum. Hinc est qꝫ ora sua conuertũt ad celum ꝛ dorsum. oculosqꝫ ad terram: vt predaꝫ suam consequantur. Imminente tempestate ludunt apparentes in vndarum superficie. Subsidium vero naufragantibus exhibuisse dicuntur. Feruntur etiam plorare quando capiuntur.

Operationes.

A ¶ Plinius libro.xxxij. Delphini cinis ex aqua illitus lichenas ꝛ lepras sanat. Porro exulcerationem sequi debet curatio: que perducit ad cicatricem.

B ¶ Quidam vero Delphinum in fictili donec pinguedo similis oleo fluat ponũt. vel coquũt ac perungunt.

C ¶ Circumitus autem febrium tollit Delphini iecur ante accessionem gustatum.

D ¶ Adeps delphini liquatus ꝛ cum vino potus ydropicis medetur.

E ¶ Gingiuis aũt atqꝫ dentitionibꝫ plurimũ cõfert dentiũ. delphini cinis cum melle: ꝛ si dente ipso tangantur gingiue.

F ¶ Idem. Adalligatus pauores tollit repentinos.



Capitulum.xxviii.

Dentrix. ⁊ dies. Ex li. de na.re. Dētrix alīs dentix vel pagrus a re nomē hʒ:qꝛ dentes hʒ magnos multos ac duros quibꝫ grassatur in ostreas. ⁊ pisces innocuos. Actoꝛ. Nota ꝙ ꝙ dentrix idem est qꝺ pagrus: de q̄ etiā loco suo diceť inferius. ¶ Ex libro vtš. Dies est piscis marinus. vt dicit Aresto. sic dictus: qꝛ post ꝑfectionē suā non viuit nisi ꝑ vnā diem. Habet tamen alas duas ⁊ duos pedes. ⁊ sanguine caret. Hoc idem dicit albertus in libro suo de naturis animalium.



Capitulum.xxix.

ERachoides. Exochinus. et Ericius. Albertꝰ i li. de na. aīaliū. Erachoides vt dicit Theofrastꝰ: pisces sunt i ponto circa eracham morātes. Hic piscis multū sequiť aquā dulcem. ita ꝙ terrā incidēs de aqua transit ad aquaʒ. Et aliqñ in cauernis latitat. vbi amnes sub terra cōfluere inuenerit. ¶ In li. vtš. Exochinus piscis est archadie. vt dicit Pliniꝰ. vel potiꝰ aquaticū. ⁊ ꝙ ꝓpter somnū de aqua exijt ad siccū nec viuere potest sine somno. ¶ In eodem li. vtš. Ericius est piscis marinus: habens caput ⁊ os inferius. et exitum superfluitatū superius. cōtra alioꝝ dispositionē animaliū. suis spinis vtitur loco pedū. ⁊ ceteris piscibꝫ est horrori. Et sicut dicit Pliniꝰ: habet carnes rubeas sicut miniū.



Capitulum.xxx.

ALcus ⁊ Exposita. Alcus est vitulus marinꝰ. de q̄ in ꝑhabitis libris multa diximꝰ. Habet aūt pellē pilosaʒ: albis nigrisq́ꝫ maculis distinctā. Hoc aīal parit in terra: ⁊ lactando māmis nutrit vitulos. nec ante. xij. dies ducit eos ad mare. ⁊ difficulter interficitur. nisi ictus in caput in locū cerebri et vibreť. In somno ita alte stertit ꝙ stertio mugitꝰ esse videť. grauissimo eñ somno inter oīa deꝑmiť animalia. vnde pinna eius dextra quibus ad natandū vtitur dicunť esse somnifere. timpani hominis supraponāť. Huiꝰ animalis pili in corio excoriato vbicūq́ꝫ fuerit cōpositiōe

ꝛ erectione indicãt fluxũ ꝛ refluxũ maris. Et hoc faciunt coria etiã alioꝝ marinoꝝ q̃ pilosa sunt. ¶ In lib. rꝰ. Exposita vt dicit Plinius bestia est in maris illã partẽ q̃ in iudeã ꝛ oppen attingit: aliquã inuento. q̃ multos et latissimos dentes ꝛ pinguedinem. ꝛ est de genere cetoꝝ.



Capitulum. xxxi.

Aceola. ysi. Aceola dr̃ concha margaritifera. in cuiꝰ carne p̃ciosus calculus solidat̃. De his em̃ tradũt hi q̃ de animantiũ naturis sc̃pserũt. q̃ nocturno tp̃e littora appetũt. ꝛ ex celesti roꝛe margaritã ↄcipiunt vnde ꝛ aceole nominant̃. ¶ Solinꝰ. Conche certo tempe anni luxuriante conceptu faciunt roꝛem velut maritum. Cuius desiderio hiant: et cũ maxime linquit̃ imber lunaris: oscitatione quidã hauriũt humoꝛẽ cupitũ.

Operationes

A ¶ Sic ergo ↄcipiũt: grauideq̃ fiũt: ꝛ de sagine q̃litate redit habitꝰ vnionis. Nã si clarũ fuerit quod acceperũt candicant oꝛbiculi.

B ¶ Si vero turbidum aut palloꝛe languẽt: aut ruso innubilantur. Ita de celo magis q̃ de mari partus habent.

C ¶ Item gregatim natant. ꝛ que magis inter illas experta est gregem ducit. que si capta fuerit cetere diffugiunt.

Capitulum. xxxii.



Equus marinus. Equonilus. ꝛ Equꝰ fluminis. ¶ ysid. Equi marini vocati sunt eo q̃ p̃ma parte equi sunt. postrema vero soluuntur in piscem.

Operationes

A ¶ Ex li. de na. re. Equus marinꝰ est mõstrũ foꝛtissimũ: nihil extra aquã potest: vt dic̃ Aristo. s3 statim vt aquaꝝ caruerit natura: carebit ꝛ vita.

B ¶ Alioꝝ piscibꝰ carniũ viuit. In pugna crudele est: s3 hoĩez timet ꝛ ↄ eũ partiri bella foꝛmidat.

C ¶ Idem. Equonilus vt dicit Michel. mõstꝝ est ingens ac foꝛtissimũ in nilo habitans.

D ¶ Crura pedes ꝛ vngues habet vt cocodrillus s3 multo maioꝛa. Humanaꝝ moꝛtiũ cupidissimũ est. Nã cũ ei nauis ĩ poꝛtu occurrerit vnum pedẽ in terra figẽs: altero nauẽ in anterioꝛi arripiẽs facilime scindit: vl' inclinatã aliquã mergit

E ¶ Unde in locis in quibus habitat immanis multitudo hominum perditur per eum. sed h̃ malum rarissime inuenitur.

F ¶ Nullus capi possit instrumẽtis nisi rheti ferreo ex cathenis apud Damascenos in h̃ opus fabricatis. Captum quoq̃ malleis tm̃ ferreis occiditur. Pellis eius vnius cubiti spissitudinem habere dicit̃. tanteq̃ esse duriciei: vt nullo iaculo ꝛ armatura penetrari possit.

G ¶ Idẽ. Equꝰ fluuialis vt dic̃ Aristo. est mõstꝝ in oriente foꝛma mirabili sublimis faciei.

H ¶ Crines habet vt equus. pedes fissos ꝛ sotulares vt vacca. caudam vt poꝛcus.

I ¶ Coꝛiũ eiꝰ valde grossum est: interioꝛa eius vt equi. Magnitudo ãt vt asini. hinnit vt equꝰ. in terra ꝛ in aq̃s equaliter manere dicit̃.



Capitulum.xxxiij.

Affimerion ꝛ Escarus. Jorath. Effime-
rion piscis est q̄ sine coitu nascit̄. et cū
ꝑ tres horas diei vixerit morit̄. ¶ Ysid.
Escarius dictus est: eo ꝙ salsus escam rumi-
nare ꝓhibet̄. Tradūt autem hūc ingeniosum
esse. inclusum quippe nassis. nō fronte erūpere
nec in festis viminibꝫ caput inserere. ſ3 auersuz
caude ictibꝫ crebris laxare fore. ꝛ ita retrorsum
redire fertur. Quem luctarū eius si forte alius
escarus intrinsecus videat apprehensa mordi-
cus cauda. nisus erūpentis adiuuare d̄r.

Operationes.

A ¶ Plinius lib. ix. Escaro vel scaro ꝑncipatus
nunc datur. qui solus piscium ruminare dicit̄
Herbisq̄ꝫ vesci: non alijs piscibꝫ.

B ¶ Carpathio mari marie frequēs ꝓmontoriū
troadis lectū nūq̄ꝫ spōte trāsit. Inde āt aducc-
tos a tiberio claudio ꝑncipe Optat⁹ Elipert⁹
ꝑfect⁹ classis inter ostiēsem ꝛ cāpanie orā spar-
sos disseminauit q̄nquēnio fere cura est adhibi-
ta: vt capti redderent̄ mari. postea frequentes
inueniunt̄ in littoribꝫ ytalie nō ante ibi capti.

C ¶ Idem in li. xi. Omībꝫ piscibꝫ sunt dentes ser-
rati: ꝑter escaruz. cui scꝫ vni aquatilium pleni-
bic vtitur ꝑoribꝫ pedibus. vt manibꝫ cibus ori
admouentibus.

Capitulum.xxxiiij.



Astinis. Alb. in li. de na. aīa. Estinis est
de genere cācroꝝ semipedaliū. circa co-
ronā sunt cādidi aculeos q̄sdā ꝓ pedibꝫ hn̄tes
ꝛ ora in medio corꝑe. ꝛ sunt colore q̄si vitrei. ꝛ
pene in scorpiōis effigie. loco dentiū ꝗues i ore
hn̄tes aculeos. oua faciūt q̄nq̄ꝫ numero. ꝛ sūt
amarissima. Est āt venenosus ne comedi pt̄.

Operationes.

A ¶ Hic pisciſ ꝑnūciat tēpestates. sētiēs em̄ mate-
riā vētoꝝ eleuari: de fundo rapit lapidē. stabi-
liēs se ad ipm sic anchorā. ¶ Et cū hunc lapidē

B escinū trahere ludēt naute: etiā ipi ꝑ anchoras
figunt naues. ¶ Hic pisciſ escyn⁹ q̄nq̄ꝫ detinet

C nauiū. subtus em̄ adherens naui ducētoꝝ vel
ampli⁹ pedū cū om̄ibꝫ ornamētis suis detinet
escyn⁹ ꝯ quēlibet vētoꝝ impulsum. ita ꝙ moue-
ri neq̄t aere aliquo vel violentia.



Capitulum. xxxv.

Erioꝛ vel Eroꝛ. Albertus in libro vt̄s. Eroꝛ piscis est quē ꝗdam lachsen vocant. ꝗdaȝ aūt magnū piscem danubij ⁊ quarundā aquaꝝ danubij influentiū. quem vngari ⁊ almāni husonem vocant. Ille igitur ꝗ lachſe vocatur: figurā ⁊ colorē hȝ salmonis. nisi ꝙ inferiorē mandibulā ad superius habet recuruam: sicut rostrū aquile curuatū ad inferius. ⁊ tñ nō est longioꝛ ꝗȝ superioꝛ. foramīe ad hoc parato in se recipit inferiorē. Carnē autem habet nō adeo rubeā neqȝ ita delectabilem sicut salmo. Huso aūt est piscis nō squamosus in figura sturionis. sed est pellis albe ⁊ lenis absqȝ omi squama ⁊ spina. Et inueniť lōgitudine viginti quatuoꝛ pedum qñ pfect⁹ est. ⁊ minoꝛ inueniť ſm ꝙ etate deficit. Nullū os penit⁹ habȝ. In capite loco spine dorsi cartillago est. ꝗ foramen habet magnū vacuū sicut terebello sit pforatū a capite vsqȝ ad caudā. ⁊ non sunt spine in corpe eius alique. sed spine eius ꝯiungūtur cartilagini. Caro eius est in sapore carnis vituli in dorso. In ventre est in sapore carnis porcine. ⁊ habet adipem intermixtū pinguedini sicut porcus. Hunc piscem sturio ꝯfricādo se ad eū agitat. ita ꝙ sepe simul capiunť. nec alijs aquis inuenitur nisi in his que dicte sunt.



Capitulum. xxxvi.

Ethenay vel Echyni. ysiđ. Ethenays paruus ⁊ semipedalis piscicul⁹: nomē sumpsit ex eo ꝙ nauem adherendo retineat. Ruant licet venti seuiant procelle. Nauis tamē radicata in mari stare videť nec moueri: non retinendo sȝ tantūmodo adherendo. Hūc latini moram appellauerunt. eo ꝙ cogat stare nauigia ipa. ¶ Plinius li. xxxij. Heu vanitas humana cum illa rostra nauium ere ferroqȝ ad ictus armata: semipedalis pisciculus inhibere possit ac tenere: deuincta ferť tenuisse. pretoriam nauem anthonij ꝑperantis circūire suos ⁊ exhortari donec transiret in aliam. Itaqȝ cesariana classis impetu maioꝛe protinus eum ptransijt. tenuit etiam nauem Hay principis. Quidamqȝ exilientes de naui inuenerunt gubernaculo adherentem pisciculum: ostenderūt Hayo indignanti hoc fuisse quod retineret ipsum cum quadringentoꝝ incederet obsequio remigum. Qui cū eum postea viderunt limaci magne similē dixerunt. ¶ Idem libro. ix. Hunc arbitratur Aristoteles pedes hr̄e ita posita pinnaꝝ similitudine. ¶ Aristoteles. Piscis paruus in mari prohibet nauem recedere potētia natali. pluresqȝ hoīes ipo vtuntur in multos ad odiū ⁊ amorē. Ale illius assimilantur pedibus. nam reutia pedes nō habet. ¶ Ambrosius. Echinus est animal in mari exiguum vile ⁊ despicabile. Hic tamē cum ventoꝝ procellam ꝑsenserit: calculum validū arripit: eumqȝ velut suburram vehit. ⁊ tanquā anchoram trahit. ne excutiatur a fluctib⁹. sicqȝ ꝗ non potest se suis viribus liberare alieno regitur pondere. quo indicio etiam naute velut signum future perturbationis capescūt: ⁊ sibi precauent. ne hoc imperitos turbo inueniat. Maximas quoqȝ naues plenis currentes velis in medijs fluctib⁹ quasi radicatas sistit: nec sine munere creatoris tantum ei potest suppetere virtutis. ¶ Ex libro de naturis rerū. Echinus est pisciculūs spinas habens pro pedib⁹: sicut cancer. alas autem sub ventre que pedib⁹ assimilantur. In oꝛe vero dentium loco graues aculeos. Hoc autem supra modum mirabile est ꝙ cum sit semipedalis non vlla violentia sed adhesione tñ nauem ducentoꝝ pedum cum suis intus ponderib⁹ retinet: ita ꝙ nec ad punctū moueri valet. Nec est alia ratio in tam stupendo prodigio: nisi ꝙ deus in creaturis ꝑdicetur mirabilis. Piscis iste comedi nō potest: quia hominem a statu dispositiōis sue dissoluendo moꝛtem infert.

Operationes

¶ Dyascorides. Echini marini sapoꝛ eustomachus est. ventrē mollit. ⁊ dyafoꝛeticus est. A

¶ Omōi coriū crudū misceť vtiliter medicamibus aut scabijs. B

¶ Combustū ꝓo soꝛdida vul- C

nera purgat. crescētia q̄z vulnera residere facit.
¶ Plini⁹ li. xxxij. Echenas vel echin⁹ gūidis ad alligatus vsq̄z ad maturitatem continet lubricos partus ideoq̄z asseruatur sale.
¶ Idem quoq̄z piscis ventrem inhibet. ꝓpterea contra dozicinū echini maxime prosunt.
¶ Et his q̄ carfati succū biberunt ꝑcipue eius iure sumpto. ¶ Idem etiā ex aceto epinictidas tollūt. ¶ Echini cum spinis suis ꝯtusi ꝛ e vino poti calculos tollūt: ꝛ al's i cibo ad h̄ ꝓficiunt.
¶ Echinorum teste contuse ex aqua illite incipientibus pannis resistunt.
¶ Echini q̄z viuētes vsti ꝛ in vino dulci potati profluuia sistunt. ¶ Echini cinis cū carnibus suis cremati cū oleo: alopitias replet.



Capitulum. xxxvij.

Exor. Ex li. de na. rex. Exor est piscis danubij maxim⁹. ita vt vix in biga trahi possit ab equis quatuor aut tribus. Unū habet intestinū. ossa pauca ꝛ parua i corpore cartillaginosa poti⁹ q̄z solida. sed i capite multa fertur h̄re ossa. Carnes ꝓo fertur habere dulcissimas. gustu vel specie carnibꝰ porci simillimas. Per oīne corp⁹ lenis est: nec aliquid asperitatis in corpe vel in interiozibꝰ h̄z: sed est mitissim⁹ ac timorosus. quippe q̄ nec a minimo pisciculo se defendere potest: s̄z statim agitatur ad fugā. Huic sturio libentissime iocandi gr̄a se affricat. quē ezor statim vt senti t ad latibula fugit. q̄ sibi solet ad tutamē in littozibꝰ effodere. Sed qn̄q̄z sturio importun⁹ eijcit latitantē: sequiturq̄z fugientē. ꝛ quia magni sunt ambo nec etiam in validissimis aquis latere possunt discurrendo ꝛ ante se aquas agitando. sepe simul a piscantibꝰ capiūt. Piscis iste capt⁹ vino fortissimo vel lacte potat: q̄r vino inebriat⁹ viuere potest pluribꝰ diebꝰ. ꝛ hoc vt ad remotas terras cibi gr̄a deferat. Bibit autē vini sextaria quatuor anteqū inebriet.



Capitulum. xxxviij.

Felchus Foca ꝛ Balata. ysidor⁹ Felchus q̄ ꝛ vitulus marin⁹ appellatur. Cutem habet pilosam albis nigrisq̄z maculis distinctā. In terra pecudū more parit ꝛ nūq̄z geminis plures educat. fet⁹ etiā lactat mām̄is: nec ante duodecimū diē in mare deducit. his in sono mugitus est. Nullum aīal grauiori somno premitur. Unde dextris pinnis quibꝰ vtunt in mari: vim somniferā inesse dicunt. si cuiusq̄z capiti subdant. Difficulter āt nisi capite eliso interficiunt. De h̄ etiā animali illud mirabile fertur: q̄ eo mortuo ꝛ excoriato pilus in pelle vbicūq̄z fuerit naturali quodam instinctu ꝓut mare se habet ita se gerit. Nam si mare turbatū in fluctus surrexerit: ꝛ pilus similiter erectus exurgit. Si ꝓo mare pacificatū fuerit pilus in planū sternit: sicq̄z mar; stat⁹ in re insensata ꝛ morticina dep̄hendit. ¶ ysid. Focas siue bocas dicunt esse boues marinos quasi boacas. ¶ Ex libro de naturis rerum. Foca est bos marinus animal: scilicet in suo genere fortissimum. animosum. iracundū. non tm̄ ad alia animantia: sed etiā ad sua domesti

ca. Semp enim cum femina sua pugnat donec eam interficiat. Interfectam autem a loco eijcit. et sic aliam supducit. nec sic cessat eas feminas supaucere donec eum contingat propria morte defungi. vel a femina sua superatum interimi: nec mutat locum suum de facili: sed illic semp manet vbi eum natura condidit. huius pnicie emuli filij rapina viuunt.

Operationes

A ¶ Dyascorides. Coagulus foce marine virtutem habet castoreo similem.

B ¶ Epilenticis prodest. Mulierum que sterice. id est. prefocationibus matricis bibitum valet.

C ¶ Probatur autem an verum de foca sit coagulus: si coagulus agni solutus in aquam vna hora dimittatur. nec se digerat: et post hec aqua ipsa coagulus foce pfundatur. nam si ea accepta soluatur verus non est. Verus enim accepta aqua non se soluit.

D ¶ Ex li. de na. rer. Halata extra morem omnium animalium cum fetus in aluo suo viuere senserit illos extrahit.

E ¶ Et si quidem eos ad vitam maturos inuenerit: foris relinquit. Sin autem: eos in matricem vt foueantur reponit.



Capitulum. xxxix.

Fastaleon Fastez et Ficis. Arestotiles. Fastaleon est genus piscis quod solum inter cetera genera genus suum non comedit. Nam omnes pisces sese comedunt pter fastaleon. ¶ Jorath in li. de aialibus. Fastez piscis est qui cum in ore suo coartat aquam: fit ex eo dulcis. vnde pisces minores sequuntur illam in os ipsius ille vero sic eos capit atque deglutit. ¶ Plinius li. ix. Ficis est piscis qui colorem suum mutat reliquo tempe candida: vere autem varia. Eadem sola piscium ex alga nidum facit: atque in ipso nido parit.



Capitulum. xl.

Gardus Gladius et Glaucus. Actor. Gardo piscis est fluuialis gratissimi saporis. vendesie siliis. sed prubore oculorum ab ea discernitur. vterque autem mediocris quantitas est. ¶ Ysi. Gladius dictus est eo quod rostro mucro natus sit. et ob hoc naues pfossas mergit. ¶ Aresto. Hastarios alias bastaros id est gladius marinus est similis scorpioni: et equalis aranee. et inducit magnum dolorem piscibus. ideoque saliunt multotiens. Nam et delphinus propter dolorem salit: quia sub pinna pangitur eius aculeo qui gladius vocatur.

Operationes.

A ¶ Plinius li. ix. Est paruum aial scorpionis effigie aranee magnitudine. hec se et thinno et ei qui vocatur gladius cerebro delphini magnitudinem excedens: sub pinnio aculeo affigit: tantoque dolore infestat vt naues sepenumero exiliant.

B ¶ Ysi. Glaucus a colore dictus est: eo quod sit albus Greci enim album glaucon dicunt. Hic estate raro apparet nisi in nubilo.

C ¶ Pli. vbi s. Quidam enim pisces estate impatientes sexagenis diebus medijs latent feruoribus vt glaucus et azellus.

D ¶ Aresto. Quidam etenim pisces in cauernis manent in estate sicut glaucus p sexaginta dies: ac deprehenditur post ascensionem canis.

Capitulum. xli.



g Gobiꝰ ⁊ Granꝰ. Actor. Gobio ē piscicul9 fluuialꝭ albꝰ: ſꝫ nigris maculis reſperſus. quē q̄dā dixerūt veſci cadaueribꝰ. ſꝫ a piſcatoribꝰ dep̄hēdit̄ h̄ eē fabuloſū. quā potiꝰ dicūt̄ in aq̄ li q̄diſſima ꝯuerſari ⁊ pabulo nutriri. ī cibo tn̄ vi les ac d̄ſpicabiles reputāt̄. qꝛ aq̄ſa mīme ſolidi.

Operationes.

A ¶ Ex li. d̄ na. re. Gobio piſciculꝰ eſt forma rotū da ſquamis p̄uis argēto ſilibꝰ. h̄ vbi aq̄s areno ſas lapillulis in nutrimētū h̄ꝫ accomodatiorē vtiqꝫ cibū p̄bet. ¶ Idē. Granꝰ eſt piſcꝭ marinꝰ q̄ ꝯ naturā omniū aīaliū vnū oculū ī ſūmo ca pitis h̄ꝫ: q̄ ſup̄intēdens ſemp̄ inſidias cauet.



Capitulum .xlij

G Samanez ⁊ Gonger. Alb. ī li. d̄ na. aīal. Samanez aīal dicūt fluuiale. cuiꝰ feīa vagabūde diſcurrēs. nō ſolicitat̄ ſꝫ negligit par tū. Mas aūt ſtat circa eos q̄s feīa p̄reneglexe rit. Et edificat etiā in gyro circa eos lignis ne pateat aditꝰ inimicꝭ piſcibꝰ. Et tūc aliq̄n extra aquā vociferat fortiter: vt aduerſantia ſibi ter reant̄ aīalia. ⁊ ſi in tali ſolicitudine cadit ī rhe tia zelo defendēde prolis mordens rhetia erū pit non tam fortitudine q̄ꝫ animoſitate. ¶ In eodē libro. Gonger vt dicit Pli. eſt piſcis mag nus atqꝫ robuſtus q̄ inimicicias ⁊ bella habet cū murena ⁊ polippo ⁊ alijs piſcibꝰ. ⁊ intantus fortiter: qꝛ polippū laceret dentibꝰ ſuis.



Capitulum .xliij.

h Hamiꝰ ⁊ Hyrūdo. yſi. Hamio piſcꝭ eſt ſaxatilis dextra ſiniſtraqꝫ lateri bus v̄gis puniceis p̄petuis: alijſqꝫ diſcoloribꝰ deſignat̄. ⁊ dictꝰ eſt hamio. qꝛ nō ca pit̄ niſi hamo. ¶ Pli. vbi s̄. Amiā ſiue Hamiā vocāt piſcē: cuiꝰ īcremētū diebꝰ ſinglis ītelligit̄ cū thinnis: h̄ ⁊ palamides ī pontū intrāt grega tim ad dulciora pabula cū ſuis queqꝫ dulcibꝰ.

Operationes

A ¶ Ex li. d̄ na. re. Hamiꝰ ē piſcꝭ ſaxatilis. vt ait yſi. id eſt lapidē gerit interiꝰ. h̄ admodū ſpecio ſus ē: h̄ n̄s ī vtroqꝫ latere q̄ꝗ v̄gulas p̄petuo co lore puniceas. reliq̄ v̄o corpe diuerſis q̄dem ⁊ gratis coloribꝰ. totꝰ ī modū pāni ſerici variatꝰ.

B ¶ Hyrūdo maris ſilis eſt aui huiꝰ nois. hec ad

modū loliginis in aqua manet vt piscis. ⁊ alas habēs ad amena eleuatur etheris.



Capitulum. xliiii.

Ericinus marin⁹. ysi. Icin⁹ ab icino terrestri nomē traxit. quē vulgus ericium vocat. cui⁹ testula đr spinis aculeata in modū castanea℞ qñ adhuc operte de arborib⁹ cadūt. Caro ei⁹ mollis ⁊ minio silis. Actor. Icinus ipe est echin⁹. de q̄ dictū est sup in tractatu de aīalib⁹. ca. lxxvij. Idē etiā videt̄ esse ethenais. licet ysi. de his agat sepatim tñ̄ de duob⁹. Idē etiā đr ericius vel irricius.

Operationes

A ¶ Ex li. de na. re. Erici⁹ est pisc̄ marin⁹. habēs caput ⁊ os inferi⁹ (vt ait Aresto.) ⁊ exitū superfluitatū superi⁹. qđ est ꝯ morē aīaliū cetero℞.

B ¶ Utitur autem spinis loco pedū. Eius anteriora separata sunt. ⁊ inferiora ꝯtinua. horrori est ceteris piscib⁹. q̄ spinis hispidus. vnde nō de facili sit vlli piscium preda.

C ¶ Carnes eius vehemēter rubee sunt minio similes. vt dicit Plinius.

Capitulum. xlv.

Kalaoz Karkora ⁊ Kilok. ysidor⁹. Kalaoz ē piscis maris. specie multiformis. pluuiaq̄ȝ ceteris piscib⁹ ad vite remediū ⁊ impiguationis iuuamen esse solet. huic ꝑ exicitio dat̄. Nam si multa pluuia fuerit oculis cecatur: ac ꝑ ꝯsequens cū cibum querere non possit: fame morit̄. Idē. Karkora



vero est piscis q̄ postq̄ȝ dep̄hendit̄: multo viuit tempe: ⁊ cibat se ex se. q̄ sup eius intestina est nidior aqua.

Operationes

A ¶ Idē. Kilock est piscis marin⁹ in testa multū aspera latēs. cui⁹ orificiū est in medio corpis.

B ¶ Sentit āt q̄cq̄d ei appropinquat. ⁊ applicat in lapidib⁹ cū suis pedib⁹ posteriorib⁹.

C ¶ Anteriorib⁹ aūt q̄b⁹ ꝓ manib⁹ vtit̄ quicq̄d ꝑ eum trāsit. qđ nequaq̄ȝ vincere se posse credit: tumescit: seq̄ȝ contrahit: ⁊ adheret fortius lapidi cui applicatur.



Capitulum.xlvi.

Karabo z Kylone. ysidorus. Karabo stercore viuit et luto. Fedaturqꝫ cibo. propter hoc animal ponderosum est. caudam habet latam. et ideo qn̄ pugnat leuiter se vertit. Huius enim generis monstra fortissime pugnāt inter se velut arietes. muniuntqꝫ se multitudine sociorū aduerse partes. vnde frequenter visi sunt ambulare sicut greges: adinuicemqꝫ bella partiri. fiunt autem in aīalibꝫ bella quatuor de causis. scꝫ ꝓpter naturalem supbiam. ꝓpter cibum. ꝓpter coitū. ꝓpter fetum. sicut gallina ꝓpter fetū cum coruo pugnat. z anser cum cornice.

Operationes

A ¶ Aresto. Karabo sicut z cancer sanguinē nō habet. durum habet extra z molle intra: nec est nutribile illud durū. immo recipit ignem.

B ¶ Accipit autem pisces sicut cancer in ꝓfundo maris cum duobꝫ labijs suis: eosqꝫ ī duas partes diuidit: z ad os suū ducit.

C ¶ Karabo ex piscibꝫ dure carnis mouet cum cauda sua motu veloci sicut motu alarū suarū.

D ¶ Est aūt gen⁹ quoddā exq̄ generat Karabo: qđ est bone carnis anteqꝫ oua ponat: postea ꝑo male. Hoc genus exuit spolium in vere sic serpens. Ita cancer z karabo senectutem exuunt z que mollis teste sunt.

E ¶ Marinum animal mollis teste karabo coit z impregnat z malakye similiter accidit. Karabo z sibi simile in genere scꝫ anīal mollis teste ouant coitu. Similiter est generatio malakye vt sepia: z sibi simile.

F ¶ Maresqꝫ karabo tm̄ custodiunt oua. malakye autē ouat extra. z mas eijcit sup feminas sperma. sicut mares piscium sup oua.

G ¶ Ex libro de naturis rerū. Karabo fm Aristotilem est piscis qui quando timet retrocedit quando vero non timet ambulat ad interius naturaliter.

H ¶ In eodem libro. Kylō est animal marinum quod contra nature communis ordinem habet epar in sinistro: splen in dextro. Nam ī omnibus animalibus terre magnis z paruis est econuerso.

Capitulum.xlvii.

Roky. Aresto. Roky est marinum animal: habens dentes acutos. et etiam ponit vnum super alium. sic enim ge-



nus suū diuersatur a generibus piscium. quia pisces habent quidem dentes acutos. z nō est in eis animal duas habens acies dentium. Actor. Roky ipse est felchus. de quo dictū est paulo supra. idemqꝫ vitulus marinus. de quo etiam dicetur infra.

Operationes

A ¶ Ex libro de na. rerū. Roky est anīal in terra sicut in mari manens. cartilaginosum habet corp⁹ vt sepia. ossaqꝫ minus debito robusta. ꝑ infirmitate aliqn̄ crurū vix ambulare possit: seqꝫ in pedibꝫ sustentare.

B ¶ Ambulatio ergo ipsius est potius in vigore spiritus z leuitate corporis q̄ꝫ ex virtute. Dentes habet acutos valde. caudam paruā vt ceruus. renes vt vacca.

C ¶ Uenter eius sanguine caret. quia due vene que ramificantur sup renes vsqꝫ ad ventrem in eis non perueniūt.

D ¶ Cetera ꝑo corpis mēbra sanguinē habent.

E ¶ Hoc animal habet quatuor pedes. z habent inflexiones digiti qnqꝫ in vtroqꝫ pede. figuraqꝫ pedis est vt cauda piscis.

F ¶ In aquis spirare non valet. dormit autem ꝓpe mare super terrā. ibiqꝫ fetus suos parit duos aut tres.

G ¶ Transacto vero die. xij. post partum: sequit fetus matrem suā ad mare: z ħ multotiens in die vt aquis marinis assuescat. Hoc aīal mamillas habet vnde fetus lactet. Uox eius est sicut thauri: maximeqꝫ cū interficitur. difficulter autem interimi potest.



Capitulum.xlviii.

Leo marinus. ¶ ysi. Leo marinus dictꝰ est a similitudine terrestris.

Operationes

A ¶Ambrosius. Leo terribilis est in terris: sed dulciꝰ in fluctibꝫ. Eandem habet dispositionē ⁊ virtutē sicut in terra. quare transeo.



Capitulum.xlix.

Lepus marinꝰ. ysi. Lepus a similitudine leporini capitis nūcupatꝰ est. Pliniꝰ. Venena dira nō cessant in lepore. q̇ in indicē mari etiā tactu pestilens. vomitū dissolutionē qꝫ stomachi ꝓtinꝰ creat. Idem in li.xxxij. Lepus marinꝰ venenū est in cibo vel potu datus. Nullū est aīal q̄n eius tactu intereat. hō tactꝰ ab eo piscē olet ⁊ morit̄. et lepus similiter ex eo tactꝰ morit̄. Sic vterqꝫ alteri venenum est. In India nō capi viuentem affirmant.

Operationes.

A ¶Auicen̄.in.ij.can̄. Lepꝰ marinꝰ ē aīal ostreatū lutosum declinās ad rubedinē aliq̄ntulū.

B ¶Sanguis eius calidꝰ est mūdificās pannū.

C ¶Caput eiꝰ adustū generat pilos in alopitia ꝓprie cū adipe vrsi. ⁊ in tyria valde.

D ¶Cum autē ex eo fit emplastrum sicut est abradit crines ⁊ pilos.

E ¶Itē abstergit visū emplastri more suppositū ⁊ sic colliriū. Numerat̄ aūt inter medicinas venenosas. ⁊ interficit eū vlceratōe pulmonis.

F ¶Plinius in li.xxxij. Leporis marini seminā si mulieres grauide aspexerint stomacho nauseante: statim abortum faciunt.

G ¶Remedio est mas ob id induratus sale. vt in brachealibꝫ habeatur.

H ¶Lepus marinus venenatus quidem est. Sed eius cinis in palpebris pilos inutiles emulsos cohibet.

I ¶Idem. Lepus strūmas sanat: ita vt celeriter remoueant̄. E lepore quoqꝫ marino recenti iubent q̇dam podagram fricari.

K ¶Sanguis eius et fel (si necetur in oleo) valet contra carbunculos.

L ¶Auicenna in canone vt supra. Lepus marinus est venenosus si de ipso in potu datur accidūt constrictio anhelitus. ⁊ rubedo oculorū. tussis sicca sputū sanguinis: difficultas vrine. Vrina violacea ⁊ egestio similiter vel dolor in stomacho. vomitus supfluus colore ⁊ sanguinis yctericia ⁊ angustia ac dolor renum: sudor fetidus. horror cibi.

M ¶Et cū videt eger pisces terretur ab eis: ⁊ inuenit saporem fetidi piscis in ore suo. ⁊ in eructuatione cū salsedine. Plures autem qui ex eo euadunt: in ptysim cadunt.

N ¶Confert autem eius curationi lac caprinum quod est iuuamentū vltimum.

O ¶Lac quoqꝫ azininū ⁊ lac mulieris ex mamilla. ⁊ eius cancri fluuialis: ⁊ ericius assatus aut sanguis eiꝰ fortes aūt medicine sunt calamentum fluuiale calidū: recens: ⁊ sanguis anseris. ⁊ vrina hoīs antiqua. ⁊ cetera.

P ¶Signum vere sanitatis est. quando videns pisces nō terret̄ ab eis: ⁊ comedit. Tuncqꝫ cadit in ptysim curetur ptysis.



Capitulum.l.

Leuiathan ꝛ ludolachꝛa. ysi. Leuiathan siue leuim: est piscis serpētinus. de q̄ scȝ sup̄ dictū est in tractatu de aīa libꝫ. ca. lxxxiiij. ysi. Ludolachꝛa ē aīal naꝫa ꝛ forma mirabile duas hn̄s alas ī facie. duas ī dorso: q̄bꝫ mira velocitate nitiꝫ q̄cūqꝫ volūtas eam impulerit.



Capitulum.li.

Loligo. ysi. Loligo est monstrū in q̄ natura lusisse videꝫ. Nā cute squamosum cū gregibꝫ pisciū maris ꝓfunda scrutaꝫ. Cum autē aq̄s fastidierit: leuat se cū alis pennigeris quas in hilli naꝫa dedit. ꝛ cū volucribꝫ ethera scandit. Sed q꞉ flatus ventoꝝ sustinere non potest. post modicū vbi ventis ꝯcutiꝫ ad aquas redire cogiꝫ: ꝛ in ꝓfundum relabitur.

Operationes

¶ Plinius li. ix. Loligo est piscis mollis sanguine carens sicut sepia. Caput habet etiā sicut ꝛ sepia inter ventrem ꝛ pedes. A

¶ Sepie ꝛ loligini pedes duo ex his lōgissimi sunt ꝛ asperi. q̄bꝫ ad oꝛa cibos admouent. ꝛ in fluctibꝫ se velut anchoꝛis stabiliūt. Loligo etiam volitat: extra aquā se efferens. B

¶ Sepia q̄dem in terreno parit inter arundines ac in alto ꝯseruata: oua edunt loligines. C

¶ Item loligines sicut ꝛ sepie coeunt linguis bꝛachia inter se cōponentes ꝛ in contrariū natantes. oꝛe quoqꝫ pariunt. D

¶ Loligines etiam in littoꝛe mire magnitudinis sunt. sed in mari nostro q̄nqꝫ cubitoꝛum nec ossa nec spinas habet. E

¶ Idē ī li. xviij. Loligo volās signū ē tēpestatꝫ F

¶ ysid. Tradūt in occeano mauritanie tantā multitudinē loliginū ex aqua euolare vt etiaȝ naues demergere possint. G

¶ Phisiolog⁹. Loligo capiꝫ aliq̄n q̄nqꝫ cubitorum. Caput habet inter pedes ꝛ ventrem. vltra duos annos raro est eoꝝ vita. H

¶ Aliquod eoꝝ genus asperrimū est q̄ pugnature turmis se munientes stabiliunt. I



Capitulum.lij.

Locusta marina. Phisio. Locusta mari
na iuxta Pli. q̄ttuor hʒ cubitos ī lōgitu
dine. hyeme ledit̄. autūno ⁊ vere pinguescit. et
plenilunio magꝭ. Exli. de na. re. Locusta flu-
uialis ecōtraria q̄ꝫ locusta cāpestris. pedes an-
teriores hʒ lōgiores: nec rumiat ī anteriori pte
sic aīalia cetera. sʒ ad posteriꝰ. scʒ ī extremo sto
machi sui cū dētibꝫ in ventre sibi herentibꝫ.

Operationes

A ¶ Pli. lib. ix. Locuste pisces crusta fragili mu-
niunt̄. in eo gn̄e qđ caret sanguīe latēt mēsibꝫ
q̇nis. Siṁiter ⁊ cancri q̇ eodē tpe occultant̄.

B ¶ Et ambo veris principio senectute in more
anguiū exeūt. renouatiōe tergoꝝ. Ceterum in
vndis natāt. locuste reptantiū more fluitant.

C ¶ Si nullus ingrauat metus recto meatu
cornibꝫ. q̄ sūt rotūditate p̄pilata ad latera por-
rectis. ⁊ eisdē erectꝭ in pauore. oblique in late-
ra pcedant. Cornibꝫ inter se dimicant.

D ¶ Uiuūt āt hmōi locuste in petrosis locꝭ. In
indico mari locuste quaterna cubita implent.

E ¶ Polippū intantū locusta pauet: vt si iuxta vi
derit omino moriat̄. Locusta q̄ꝫ conger inimi
cus lacerat ⁊ perimit.



Capitulum. liiij.

Lucius. Actor. Luciꝰ est piscꝭ fluuialis
ore lato ⁊ dētibꝫ acutissimis. minoꝝ pi-
sciū deuorator. cui tn̄ perca squamis ⁊ brāchijs
asprimis armata resistit vt non ei p̄ualeat. nec
dētibꝫ eiꝰ p̄da fiat. Uescit̄ aūt luciꝰ venenosis
vt bufonibꝫ ⁊ hmōi. ⁊ tn̄ infirmis dr̄ esse ī cibo
sanꝰ. Si qn̄ nassa in q̄ inclusus fuerit. ex aqua
leūata lucē diei viderit. raro vel nūnq̄ꝫ accidit.
vt postea diutius remaneat. sed quesita sibi via
euadit.

Operationes.

A ¶ Exli. đ na. re. Luciꝰ est piscꝭ q̇ ⁊ lupꝰ aq̄tilis
appellat̄. Hic si fluuiales aq̄s cibūq̄ꝫ p vita suf
ficiētē habuerit p successus tpm in lōgitudinē
maximā eualescit. Cibꝫ eiꝰ sūt pisces. ⁊ q̇cquid
ranaꝝ more repit. piscē ad magnitudinem ꝓpe
sui comedit.

B ¶ Nā vbi victū subegerit: caput
p̄ma ore deuorat. q̄ digesto paulatim addit se-
quentia: donec totū ꝯsumat. Pari q̄ꝫ generis
sui pcere recusat. vel ob naturalē crudelitatē.
vel q̄ꝛ auidꝰ est cibi: rapineq̄ꝫ impatiēs. Nam
⁊ p̄p̄a semia pseq̄t̄ vbi piscis forma susceperit.

C ¶ Est āt piscꝭ q̇dā hn̄s acres squamas ⁊ pinnu
las acutas. quē si lupus aquaticꝰ p caput ap-
prehēderit cito transglutit. Si ꝟo a pte caude
nō potest qm̄ incōtrarium asperari gescunt.

D ¶ Luciꝰ in cerebro lapidē cristallo siṁe gerit:
sʒ h̄ cū euū in longū duxerit. Impregnat̄ hic
piscis vt dic̄ Aristo. flante vento septētrionali
siṁiter ⁊ pisces q̇ in lōgitudinē eualescūt. femīa
pregnās aquas ascēdit: q̄nto pōt remotiꝰ a lo-
co suo in q̄ habitare ꝯsueuit. Ibiq̄ꝫ oua parit:
vt filij sui nō sint ei impedimentū prede.

E ¶ Et hoc ꝓpter crudelitatē naturalē: vel ꝓpter
cibi rapineq̄ꝫ inuidiam.

F ¶ Alij dixerunt q̄ ascenderet ꝓpter dulcitudinem
aquā. qm̄ aqua tanto semp est dulcior: quanto
fonti ꝓximior. Lucius tante auiditatis est vt
piscem quē totū q̄ntitas eius deglutire nō su-
stinet dimidiū incorporet.



Capitulum. liiij.

Lupus marin⁹. ysi. Lup⁹ a velocitate appellat᷑. in q̄ lupo terrestri assimilat᷑. qꝛ scꜫ improba voracitate alios ꝑsequit᷑. Est āt piscꜫ captura ingeniosus. Nā ⁊ rheti circūdat⁹ fert᷑ arenas arare cauda: ⁊ ita cōditus trāsire rhete. Pli. li. xxxij. Lupus marin⁹ in ꝓuidendo min⁹ habet solercie: sꜫ magnū robur in penitēdo. nā vt heserit in hamo tumultuoso discursu laxat vulnera donec excidant insidie.

Operationes.

A ¶ Idē li. ix. Pregelidā hiemē oēs sētiūt pisces: sꜫ marie q̄ lapidē in capite existimāt᷑ hr̄e. vt lupi ⁊ pagri. Cūqꜫ aspere fuerint hyemes multi capiūt᷑ ceci. Lupoꝝ ꝓo sūt laudatissimi q̄ appellāt᷑ lanati. cādore mollicieqꜫ carnis. meliores sūt lupi ī amne tyberi iter duos pōtes q̄z alibi

B ¶ Piscium lupus bis in anno parit. Nigidi⁹ est actor lupū mugili caudā ꝑrodere eosdēqꜫ mensibus statis concordes esse.

C ¶ Idem in libro. x. Produntur vt dictum est mugil ⁊ lupus clarissime audire.

D ¶ Idem in libro. xxxij. Tradit etiā Ouidius lupum rheti circūdatum: cauda arenas arare atqꜫ ita conditum transire rhete.

E ¶ Aresto. Lupi marini cum intrant pelagus postea redeunt ⁊ ascendūt superi⁹ magna velocitate sicut delphinus. Omes aūt lupi magnorum corpoꝝ anhelant aerem attrahentes.

F ¶ Ambrosius. Lupi deniqꜫ in mari sunt teneri quos nescit agnus timere. Et ꝑm ysaiam simul pascuntur lupi ⁊ agni.



Capitulum. lv.

Megar. Milag⁹. ⁊ Milu⁹. Ex li. de na. re. Megaris ē piscꜫ marin⁹ duarū palma ꝝ lōgitudinis. vilis habet᷑ in partib⁹ in q̄b⁹ capitur. sed cū ad remotiora salsus reducit᷑: raritas ei⁹ ꝓciū facit. Recenter tū capt⁹ ⁊ sine sale delicatiorē cibū edētib⁹ facit Est aūt (vt fert᷑) nociu⁹ ꝓcipue febricitantib⁹. Unde poeta dicit. Et megaris noxius omnis erit. Jorath vbi s. Milago cū ei⁹ pulli volant significatio est sup tempestatē maris. ysido⁹ Milago piscis est sic nominat⁹: qꜫ sup aquas euolat. Quotiens autē cernit᷑ extra aquā volitans tempestates mutari designat.

Operationes

A ¶ Ex li. d̄ na. re. Milago volitat sup vndas in signū leticie: qꜫ cessauit tēpestas. H̄ cōtra morē alioꝝ pisciū ⁊ mōstroꝝ marinoꝝ q̄ oriente tempestate vident᷑ quasi sup aquas ludere.

B ¶ Pli. li. ix. Milu⁹ subit in sūma maria piscis ex argumēto appellat᷑ lucerna: linguaqꜫ ignea ꝑ os exerta tranquillitas noctib⁹ relucet.

C ¶ Attollit e mari sesquipedalia fere cornua. ab hisqꜫ nomen traxit.



Capitulum. lvi.

Mugilus. ysid. Mugilus ex eo nomen habet qꜫ sit multū agilis. Nam vbi dispositas senserit piscatorum insidias confestim retrorsum rediens. ita rhete transilit vt volare piscem videas. Plini⁹. li. ix. Mugi

lum natura ridet̃ ĩ metu capite absc̃ōdito: to
tos se occultare credẽtiũ. ijsdẽ tñ tanta facili
tas: vt ĩ fenice ⁊ narbonẽsi ꝓuincia coit⁹ tpe
e viuarijs mare linea lõgiq̃ ꝑ os ad branchi
as religata emissum in mare. eodẽq3 linea re
tractũ. femĩe seq̃nt̃ ad litt⁹: rursusq3 feĩa3 ma
res ꝑtus tpe. In narbonẽsi ꝓuĩcie: ⁊ ĩ nemu
siensi agno stagno. sc3 laterna appellato: vbi
hoĩes delphini societate ⁊ mugilũ piscãt̃. mu
gilus ⁊ lupus odio flagrãt mutuo. Mugiles
alioꝝ pisciũ vim timẽtes suꝑ naues exiliũt:
⁊ tã ꝑcipue velocitat3 sunt vt trãsuersa naui
gia interim supiactent. ¶ Idẽ li. xxxij. Mu
gil scit ĩ esca hamũ eẽ: atq3 insidias nõ igno
rat. tãta ẽ ei auiditas vt cauda ꝟberando ci
bos excutiat: ¶ Jorath. Mugilus ẽ pisc3 ve
locissim⁹ ĩ aq̃s fluuialib⁹ s3 naturalr̃ incaut⁹
nã deridet̃ ei⁹ stulticia: cũ in metu capite ab
sconso: totũ corp⁹ abscõsu3 ac secuꝝ credit.
hic cũ lucio inimicitias h3 hyeme tm̃. ⁊ hmõi
cã credit̃ q2 tũc rar⁹ ẽ cib⁹ ꝑ q̃ dimicãt. Esta
te vero abũdat: ⁊ ideo ad ↄcordiã redigunt̃.

A

Operationes

¶ Plinius libro. xxxij. Cinis e capite mugi
lum ⁊ mulorum sciaticos liberat



Capitulum. lviij.

Mus marinus. Musculus ⁊ Muste
la. Mus marin⁹ ad terra3 exit: ibiq3
fossa3 faciẽs oua parit. ac rursus ter
ra obruit. Post tricesimã ꝟo diẽ rediẽs iteꝝ
fossa3 aperit: ⁊ fet⁹ ĩ aquã ducit. hoꝝ fetus in
ter initia visu carẽt. sicut fet⁹ oĩm fere aquati
liũ. Isi. Muscul⁹ dict⁹ ẽ: eo ꝙ sit balene ma
sculus. Eius coitu hec belua cõcipe ꝑhibet̃
Sũt aũt musculi cochlee q̃ꝝ lacte cõcipiũt
ostree. ¶ Pli. li. ix. Amicitie sunt exẽpla mu
scul⁹ ⁊ balena. Qñq3 ꝑ graui supciliorꝝ pon
dere obrutis ei⁹ oculis infestantia magnitu
dinẽ in vada ꝑnatãs demõstrat. oculoꝝq3 vi
ce fungit̃. ¶ Idẽ li. xi. Muscul⁹ marin⁹ q̃ ba
lenã antecedit nullos h3 dẽtes: s3 ꝑ his setas
int⁹. ob id etiã hirsutã dicũt appellatã ¶ Idẽ
in li. ix. Mustele pisces mẽse deputãt̃ q̃s in
ter alpes lac⁹ rechie bigrãtinus emulas mu
renis generat. ¶ Aristo. Mustela sic̃ delphi
nus ⁊ foca viuos fetus de corpe suo edũt: et
cũ partus ediderint si erga suos caulos insi
dias queq3 molliri ꝑsenserint ipos tuent̃ eta
tis tenere pauorẽ affectu materno cõꝑmũt:
oraq3 aperiũt. ⁊ innoxio dente part⁹ suos su
spendũt Interno q̃3 corpe recipe ac genit ali
aluo ferunt̃ abscõdere donec ad illos securi
tatẽ deferãt. aut sui corpis obiectu defendãt



Capitulum. lviiij.

Murix. Isido. Murix est cochlea ma
ris ab acumĩe ⁊ asperitate dicta. que
alio noĩe conchiliũ dicit̃: eo ꝙ circũ
cisa ferro lachrymas purpurei coloris emit
tat. ex q̃bus purpura tingit̃. ⁊ inde ostru3 ap
pellatũ ẽ. ꝙ hec tinctura ex hũore teste elici
tur. Murianus autẽ tradit muricẽ echineũ.
¶ Pli. li. ix. Murices conchemarine sunt q̃
latent circa canis ortũ tricẽtis dieb⁹: ⁊ stat u
to tpe exeũt ꝑciosu3 liquorẽ tingẽdis vesti b⁹
in medijs faucib⁹ hñt vtilẽ. Sed is color in
sola vena cãdida reperit̃. Reliquũ ꝟo corp⁹
sterile est. Viuis q̃3 tm̃ hic color exprimitur:

q: morientes cū vita succū euomūt. nō habēt spericū os neq: rotundū ne in angulos pdes unte rostro sed ad conche modū vtroq: late re claudit. ¶ Idem in eodē. Alia marina q̄ sūt dure teste vt murices: aut purpure saliu ario lentiore pueniūt (sicut a crescēte humo re culices) atq: spuma maris incalescente cū admissus est imber. Et he pariūt in vere.

Operationes

A ¶ Plini⁹ li. xxxij. Muricum teste cinis vtili
B ter cū melle illinit vlceribꝫ capitꝫ. ¶ Idem q̄z cinis bonū est dentifriciū. Et maculas pur gat in facie mulierꝫ cū melle illinitus. cutēq: erugat. extenditq: septenis diebꝫ illit⁹: ita vt
C octauo candido ouoꝝ foueat. ¶ Idē ex oleo valet ad parotidas ꝛ strumas. Pannisq: resi stit vtroq: modo. siue opus sit incipiētes dis
D currere: siue cōcoctos emittere. ¶ Itē muri cū cinis cū oleo tumores tollit. Cinisq: testa rū eaꝝ melle mām̄as mlieꝝ efficaciter sanat.



Capitulum. lix.

Murena. Isido. Murenā greci mire nā vocant: eo q̄ plicet se in circulos Hāc feminini tm̄ sexū tradūt ꝛ a ser pente ↄcipe. Ob id a piscatoribꝫ tanq̄ a ser pente sibilo euocat ꝛ capit. Ictu fustis diffi culter interimit. Ferula vero ptin⁹ aīam eaꝫ habere in cauda certū est Naꝫ capite pcusso vix interimit. cauda statim exanimat. ¶ Pli. li. ix. Murena est piscis longus molli cute intectus. hyme latet. Nec capit nisi diebus estatꝫ. sicut congeri ꝛ oēs saxatiles. Exit i ter rā sicut polippus. huic emulat mustela Qui busdā piscibꝫ date sūt pinne vice pedū. Qui busdā vero nulle sunt vt murenis. quibꝫ nec branchie. hec flexuoso i pulsu corpoꝝ ita ma ri vtunt: vt serpētes terra. in sicco q̄z repunt Murena q̄cūq: mense parit: cū ceteri pisces statuto tpe pariāt. Oua ei⁹ citissime crescūt. In sicco littore elapsas vulgus coitu serpen tiū impleri putat. ¶ Ex li. de na. re. Murene sicut dicit Plini⁹ libēter se tenēt inter harū dines ꝛ ligna: vt si forte rheti ↄcludant flexu multiplici euadāt. Hee morsum venenosum hñt: sed capitis eorundē cinere morsus sanat Periculosuꝫ est eas in cibū sumere: nisi pus in vino optime ac diutissime decoquant. et speciebꝫ aromaticꝫ maxieq: pipere cōdiant. venenoso nāq: abūdat humore. vñ nec de fa cili cedūt coctioni. Itē murenā iuxta Basi liū. vipera ex aq̄s in siccū euocat ad coitum. ¶ Iorath vbi. s. Murena nō a suo sili s3 a ser pente sibilo ad sociū euocata ↄcipit. nec ali q̄d tñ serpenti s3 sibi sile gignit. ¶ Ambro. Ui pera quidē ad litt⁹ maris sibilo murenā euo cat venenū suū vomit. Illa statim venit et cū eo coit: ꝛ post vipera venenū suū resumit.

Operationes

A ¶ Plini⁹ vbi. s. Murene morsus capitꝫ ipsi⁹
B cinere sanat. ¶ Lichenas etiā ꝛ lepras soluit murenarū cinis cū terois obulis mellis.



Capitulum. lx.

Multipes. Ex li. de na. re. Multipes piscis marin⁹ est. a re nomē h3. huic pedes a latere pcedūt In hyeme coit

ꝛ inter ceteros pisces sibi nidum ex surculis ꝯstruit. ꝑ duos mẽses ouat. ꝛ hoc vnũ ouum tm̃ ad instar nucis paruũ. Femĩa ꝑ q̃dragin ta noctes sedet: ꝛ ouũ a se editũ fouet ex q̃ fi unt pisces innũerabiles. Q̇ð si nõ eẽt: multũ coꝝ gen⁹ decresceret. q꞉ seipos inuicẽ consu mũt. ꝛ multe comestiõis sũt. Multipes astu tia magis q̃꞉ fortitudĩe vincit karabo mon strũ marinũ qð validũ est ac robustũ. Cuius victorie signũ. nã simul capti in rheti repiunt. Karabo frequẽter mortu⁹ inuenit aut letali ter vulnerat⁹. Est etiã quoddã gen⁹ multipe dis naturaliter astutũ qð in aqua supnatat ꝛ dorsi testã ad solẽ ponit vt desiccet ac durior fiat. sic vt salsas maris aq̃s ꝛ aduersa scopu loꝝ pati valeat. ¶ Actor. Multipes ipẽ ẽ po lippus iuxta Pliniũ. de q̃ pleni⁹ inferi⁹ dicet.



Capitulum. lxi.

Mulus vel Mullus. Ex li. de na. reꝝ Mulus est pisc꞉ marinus (vt ait Pli nius) modice quãtitatis gratia no bilitatis in esum tm̃ datus nobilib꞉. Rarissi mus tñ est quẽ septẽtrionalis tm̃ gignit oc ceanus. Hoꝝ tñ genera plura sunt. Quidã alga ꝛ ostreis ac limo ceteroꝝũq꞉ pisciũ car nevescunt. Nobiliores aũt in inferiori labio vel labro gemina barba insigniunt. victusq꞉ eoꝝ est qð iuxta ripas aeris serenitatẽ ꝯcre uerit. Mulum nobilẽ expirantẽ numerosa colorũ varietate spectari proceres gule nar rant. ¶ Seneca de naturalib꞉ questiõibus li bro. vij. Incredibilia sicut iam superi⁹ dictũ est sunt opa luxurie in cubili piscens natant: ꝛ sub ipa mensa capit qui statim in mensam transferatur. Paꝝ recens videt mulus nisi q̃ in cõuiue manu morit. Obseruat morientiũ color: quẽ in multas mutationes mors ipsa luctante spiritu vertit. Rubor p̃mũ: deinde pallor suffundit. longa somniculosa inertisq꞉ luxurie expectatio. Nolunt attingere nisi eo dem die captũ: qui ipm (vt aiunt) mare sapi unt ꝛc. ¶ Isidorus. Mulus vocatus est: eo q꞉ mollis sit ac tenerrimus. cui⁹ cibo tradũt libidinem inbiberi: ꝛ oculoꝝ aciẽ hebetari. hoĩes vero q̃ his sepe pasti sunt piscem olent mulo in vitio necato. qui inde biberint tedi um vini habẽt. ¶ Alexander. Mulus bouis fimo delectatur adeo vt in ipo iaceat: ꝛ tin cturam caro piscis ex fimo mutuetur.

Operationes

¶ Plinius. Mulus cõtra pastinacas ꝛ scor piões terrestres siue marinos: ꝛ dracões at q꞉ spalangia prodest illit⁹: aut in cibo sũpt⁹. **A**

¶ Eiusdẽq꞉ recentis a capite cinis ꝯtra om nia venena valet. Et priuatim cõtra fungos. **B**

¶ Iterũ cinis e capite multoꝝ attritos scia ticos liberat. Cõburuntur autẽ in vase ficti li ꝛ cum melle debent illiniri. **C**

¶ Mulos aũt in cibo inutiles neruis inuenio. Eoꝝ quoq꞉ cibo tradũt oculoꝝ aciem hebetari. In mẽ struis vero privileꝝ auxiliat mulus. Inuete rati muli ꝛ in potiõe triti vomitiões ꝯcitant. **D**

¶ Muloꝝ salsamenti cinis carbũculos dis cutit. Mulus aũt in vino necatus (vt dictũ est) his q̃ biberint inde vini tediũ afferunt. **E**



Capitulum. lxij.

Monachus marin⁹ et Monoceron.
Ex li. de na. re. Monachi maris dicti sunt: q: caput hñt vt monachi recenter rasi coronā desup rasā3 ⁊ cādidā. ⁊ circulū in modū crinīū sup loca auriū. facie3 tñ nō habet in toto similē hoīni: q: nasum habet pisci similē. ⁊ os naso cōtinuū. Ceterū in inferiorib⁹ habet formā piscis. hoc monstrū hoies sup ripas maris ambulātes libēter allicit: ⁊ corā eis sup aquas ludit: q: si hominē admirantē ꝓpinquare viderit appropinquat ⁊ ipe. ⁊ si dat facultas hoiem rapit ⁊ traijcit in ꝓfundum: sicq3 carnib⁹ eius satiatur.

Operationes

A ¶ In eodem libro vt supra. Monoceron est monstrū marinū: habens in fronte cornu maximū: quo naues obuias penetrare possit: ac destruere ⁊ hominum multitudinem ꝑdere.

B ¶ Sed in hoc pietas creatoris hūano generi ꝓuidit: quia cum tardum animal creatum sit: naues eo viso possunt effugere.



Capitulum. lxiij.

